

LIBER SECVNDVS

1

Quaeritis unde mihi totiens scribantur amores,
unde meus ueniat mollis in ora liber.
non haec Calliope, non haec mihi cantat Apollo:
ingenium nobis ipsa puella facit.
siue illam Cois fulgentem incedere † cogis †, 5
hoc totum e Coa ueste uolumen erit;
seu uidi ad frontem sparsos errare capillos,
gaudet laudatis ire superba comis;

1 2 ore N (corr. ead. man.); cf. Ouid. trist. 3,14,23 (illud opus) nunc incorrectum populi peruenit in ora, K.-St. I 564, Housman Class. Pap. 270 4 post hunc uersum uu. 7-8 transt. Fontein 5-6 cum 9-10 commut. Lachmann 5 cogis N A F P Vo D²: togis D V: uidi ζ (prob. Enk II 2,15; cf. tamen Boucher REL 41 [1963] 103): coccis Lachmann (probb. B.-B. 189): cerno Leo: fingis Alton: iuuat Barber; cogis (i. q. adducis) defendere conati sunt nonnulli uiri docti, qui 1,4,2 mutatum domina cogis abire mea conferunt; sed cf. Sh. Bailey 61, qui tamen ad uocem cogis defendendam parum probabile exemplum affert (Vitr. 7 praef. 13; cf. Giardina 91). Ego credere malo, quod iam Leo RhM 35 (1880) 435sq. suspicatus est, cogis nihil aliud esse nisi dittographiam uocis Cois, quae παραδιω-ῶσαι cogis facta est 6 hoc totum] totum de codd. Vossii: hac totum Barth (prob. Enk Mn S.III 3 [1935-36] 158): actutum e Rossberg (prob. Giardina 92): mox totum Senger; tradita dubit. recepi, collato Rothstein I 211 ("hoc uolumen ist das Buch, das der Dichter den Lesern vorlegt") 7-10 post u. 16 transt. Enk 7 uidij mihi N (corr. ead. man.)

ELEGIARVM LIBER SECVNDVS

47

siue lyrae carmen digitis percussit eburnis,
miramur facilis ut premat arte manus; 10
seu compescentis somnum declinat ocellos,
inuenio causas mille poeta nouas;
seu nuda erepto mecum luctatur amictu,
tum uero longas condimus Iliadas;
seu quidquid fecit siue est quodcumque locuta, 15
maxima de nihilo nascitur historia.
quod mihi si tantum, Maecenas, fata dedissent,
ut possem heroas ducere in arma manus,
non ego Titanas canerem, non Ossan Olympo
impositam, ut caeli Pelion esset iter, 20
nec ueteres Thebas nec Pergama, nomen Homeri,
Xersis et imperio bina coisse uada,
regnaue prima Remi aut animos Carthaginis altae
Cimbrorumque minas et bene facta Mari:

9 lyra Heinsius, fort. recte; cf. enim Ouid. trist. 4,10,50 dum ferit Ausonia carmina culta lyra; tradita tuentur 1,3,42 rursus et Orpheae carmine, fessa, lyrae, 4,6,32 testudineae carmen inerme lyrae; cf. etiam ThLL III 468,81sq. percurrit Dousa fil. 11-12 ante uu. 9-10 hab. Vo, post u. 14 transt. Housman 11 seu cum poscentis ω (quod defendere conati sunt nonnulli uiri docti, Vahlen secuti, qui Verg. Aen. 6,880sq. seu cum pedes iret in hostem, / seu spumantis equi foderet calcaribus armos confert; quod exemplum minime ad nostrum uersum pertinere mihi uidetur, ut iam censuerat Leo Kl. Schr. II 196): seu tum poscentis Housman (qui, ut supra dixi, uu. 11-12 post u. 14 transt.): seu iam poscentis Baehrens; corr. Leo (RhM 35 [1880] 436: "mihi quidem qui oculos declinat non poscere somnum, sed ab somno posci uidetur, pugnare cum somno") somnus ζ 14 tunc A F P 16 post hunc uersum nouam elegiam incipit Struve; sed cf. Leo RhM 35 (1880) 436 19 ossan P^{rec} in ras.: thitan F (corr. in mg. F⁴) 20 impositum Δ, prob. Housman Class. Pap. 320; sed numquam Ossa masculini generis est: cf. Enk II 2,19 21 nec ... nec] non ... nec A F P 22 xersis Δ

bellaque resque tui memorarem Caesaris et tu 25
 Caesare sub magno cura secunda fores.
 nam quotiens Mutinam aut, ciuilia busta, Philippos
 aut canerem Siculae classica bella fugae
 euersosque focos antiquae gentis Etruscae
 et Ptolemaei litora capta Phari, 30
 aut canerem Aegyptum et Nilum, cum attractus
 septem captiuis debilis ibat aquis, [in urbem
 aut regum auratis circumdata colla catenis,
 Actiaque in Sacra currere rostra Via;
 te mea Musa illis semper contexeret armis, 35
 et sumpta et posita pace fidele caput:
 Theseus infernis, superis testatur Achilles,
 hic Ixioniden, ille Menoetiaden.

+ + +

sed neque Phlegraeos Iouis Enceladique tumultus
 intonet angusto pectore Callimachus, 40

30 ptholomenei uel ptolomeney N V P² : tholomonei A F P : ptholomaeae D Vo; corr. ς ; de masculino genere cf. Enk II 2,25 ("quominus nostro uersu de Pharo turri cogitemus, nihil impedit: litus, ubi Ptolemaei Pharus est") et Sh. Bailey 61sq., qui confert Strab. 17,1,6 31 cyptum N A : ciptum F : giptum F⁴ : cyprum Δ (sed cf. Housman Class. Pap. 331); corr. P^{rec} in ras. cum attractus F : cum tractus D V P² in ras. : contractus Vo : cum atratus Palmer : cum a! tractus Brandt; sed cf. Ouid. met. 3,562sq. ite ducemque / attrahite huc uinctum, Liu. 23,7,7, ThLL II 1159,38sq. 35 contexeret N A F Δ : contexuit ς : connexerit Itali; sed cf. ThLL IV 693,18sq. 37-38 del. Fontein, quem nonnulli uiri docti secuti sunt : ante 3,9,33sq. transt. Postgate : 3,9,33sq. post u. 38 transt. Housman : lacunam ante u. 37 statuit Jacob, ante u. 39 recte statuit Vulpius; elogium enim indissolubilis inter Augustum et Maecenatem amicitiae nimis breue et ex abrupto intermissum mihi uidetur; cf. etiam B.-B. 190: ordinem traditum def. Jones CIR 75 (1961) 198 37 inferius A (corr. A²) F 41 praeueniunt A F P (corr. A² P²)

nec mea conueniunt duro praecordia uersu
 Caesaris in Phrygios condere nomen auos.
 nauita de uentis, de tauris narrat arator,
 enumerat miles uulnera, pastor ouis;
 nos contra angusto uersamus proelia lecto: 45
 qua pote quisque, in ea conterat arte diem.
 laus in amore mori: laus altera si datur uno
 posse frui: fruar o solus amore meo!
 si memini, solet illa leuis culpae puellas
 et totam ex Helena non probat Iliada. 50
 seu mihi sunt tangenda nouercae pocula Phaedrae,
 pocula priuigno non nocitura suo,
 seu mihi Circae pereundum est gramine, siue
 Colchis Iolciacis urat aena focis,

44 et numerat A, quod frustra def. Rothstein I 473 ("numerare heisst hier nicht 'zählen', sondern 'eine Zahlenangabe machen.'"); cf. enim Leo Kl. Schr. II 184 45 uersantes ω : uersantis L. Müller; corr. Volscus; absurdum est enim cum Rothstein facinus simul audire aut uersantes pro acc. habere, uerbo narramus a praecedentibus sumpto; ut recte monet Giardina 100, "nauita arator miles pastor de suis ipsorum rebus et artibus narrat: cur poeta de aliorum rebus narret? ". Vt u. 46 ostendit, amor est ars, quae Propertio conuenit. Interpretatio a Stroth 58 adn. 16 nuper proposita (nos ... uersantes proelia lecto, ea arte, qua possumus, diem conteramus) nimis contorta mihi uidetur 46 quam P in ea] mea F P Vo : in eo F⁴ post u. 46 nouam elegiam inc. Ballheimer, prob. Leo RhM 35 (1880) 436; cf. tamen R. Reitzenstein Herm. 31 (1896) 187 47 uni A (corr. A²) : una ς ; uno perperam pro dat. habent nonnulli uiri docti, praeunte Postgate JPh 9 (1880) 65; simul audi tamen amore et cf. Cic. Att. 3,17,3 tantum uelim Fortuna det nobis potestatem ut incolumes amore nostro perfruamur 48 saluus Kraffert 49 sed memini ς : sic (memini) Henry; sed cf. ThLL VIII 646,80sq. et Sh. Bailey 62sq. ille Δ 51 sint Δ 52 non] uel Camps 53 sanguine Vo D² 54 c(h)olchiacis ω , corr. Scaliger

una meos quoniam praedata est femina sensus, 55
 ex hac ducentur funera nostra domo.
 omnis humanos sanat medicina dolores:
 solus amor morbi non amat artificem.
 tarda Philoctetae sanauit crura Machaon, 60
 Phoenicis Chiron lumina Phillyrides,
 et deus exstinctum Cressis Epidaurius herbis
 restituit patriis Androgeona focis,
 Mysus et Haemonia iuuenis qua cuspide uulnus
 senserat, hac ipsa cuspide sensit opem.
 hoc si quis uitium poterit mihi demere, solus 65
 Tantaleae poterit tradere poma manu;
 dolia uirgineis idem ille repleuerit urnis,
 ne tenera assidua colla grauentur aqua;
 idem Caucasias soluet de rupe Promethei
 brachia et a medio pectore pellet auem. 70
 quandocumque igitur uitam mea fata reposcent
 et breue in exiguo marmore nomen ero,
 Maecenas, nostrae spes inuidiosa iuuentae,
 et uitae et morti gloria iusta meae,
 si te forte meo ducet uia proxima busto, 75
 esseda caelatis siste Britannia iugis,
 taliaque illacrimans mutae iace uerba fauillae:
 'Huic misero fatum dura puella fuit.'

56 post hunc uersum nouam elegiam inc. Heimreich 58 amat] habet Flor. Paris. 15155; sed cf. 1,2,28 nudus Amor formae non amat artificem artificem] arte fugam Bury: auxilium Sh. Bailey; cf. tamen Tränkle 23 adn. 2, qui sanandi simul audit (morbi sanandi artifex), coll. u. 57 sanat; cf. etiam Apul. met. 10,2 artificis medico 61 cr(a)esis ω, corr. ζ 63 post hunc uersum desinit A missus N F³ P² 66 tantelea N: tantalea F P Δ; corr. ζ; cf. enim 1,11,12 alternae facilis cedere lympham manu, ThLL VIII 242,56sq., Sommer 390 71 mea ex meam F: me Vo, fort. recte; cf. Giardina 106 75 ducit D Vo 78 nouam elegiam inc. N

2

Liber eram et uacuo meditabar uiuere lecto:
 at me composita pace fefellit Amor.
 cur haec in terris facies humana moratur?
 Iuppiter, ignosco pristina furta tua.
 fulua coma est longaeque manus et maxima toto 5
 corpore et incedit uel Ioue digna soror,
 aut cum Dulichias Pallas spatiat ad aras,
 Gorgonis anguiferae pectus operta comis,
 qualis et Ischomache, Lapithae genus, heroine,
 Centauris medio grata rapina mero, 10

2 ad cynthiam (ci-) F D V: laudes cinthie P 3 humana] diuina ζ; pentametrum sic intellego: cur haec pulchra forma muliebris inter homines adhuc uiuit? 4 ignosco] ignoro N F P D V: ingnoro Vo: ignosco pro uaria lectione in mg. N P V: agnosco Heinsius: ignari (sc. erant) Garrod; ignoro frustra deff. Gow T C Ph S 2 (1881) 157 et Rothstein 1 226, qui ignoro pro nihili aestimo aut non iam te agnosco interpretantur; cf. Housman Class. Pap. 334. Recte interpretatur Enk II 2,48: "ignosco tibi, Iuppiter, pristina furta tua; nam tam formosa est Cynthia, ut optime intellegam te olim puellas mortales rapuisse" ignoras ... tua? Fontein furta] fata N 6 corpore et] corporeque F (corr. F⁴) P: corpore ut ed. Gryphiana a. 1548 (probb. Otto, Comment. Woelfflin., Lipsiae 1891, 149sq., B.-B. 193; sed cf. Sh. Bailey ClQ 39 [1945] 119): corpore cum Giardina; tradita deff. W. A. Baehrens Phil. 72 (1913) 268, cuius sententia duas structuras hic contaminat Propertius (incedit uel Ioue digna; incedit ceu Iouis soror est), et Sh. Bailey 64sq., qui Ioue digna soror pro digna quae sit soror Iouis et aut cum Pallas spatiat pro aut qualis Pallas cum spatiat interpretatur uel] ut ζ, prob. Giardina 108sq.; de uel cf. K.-St. II 111 7 aut] ut ζ: uel Postgate dub. cum] ceu Baehrens; sed ceu a Propertio numquam usurpatur 9 Ischomachi Schneidewin; quod iure refellit Rothstein 1 474

Mercurio (aut) qualis fertur Boebeidos undis
uirgineum Brimo composuisse latus.
cedite, [et]iam, diuae, quas pastor uiderat olim
Idaeis tunicas ponere uerticibus!
hanc utinam faciem nolit mutare senectus, 15
etsi Cumaeae saecula uatis agat!

3a

'Qui nullam tibi dicebas iam posse nocere,
haesisti: cecidit spiritus ille tuus!
uix unum potes, infelix, requiescere mensem,
et turpis de te iam liber alter erit.'
quaerebam, sicca si posset piscis harena 5
nec solitus ponto uiuere toruus aper,
aut ego si possem studiis uigilare seueris:
differtur, numquam tollitur ullus amor.

11 Mercurio satis N F Δ : mercurio qualis P (sais s. l. ^{prec}; sed cf. *Rosberg Lucubr. Prop. 11*) : mercurio sacris uel sanctis ζ : Mercurio Ossaeis *Burman* : Mercurio et qualis *Winholt* : Mercurio talis *Haupt*; corr. *Carutti*; cf. 4,6,33sq. bobeidos N Δ F⁴ : bobeidas (-ydas) F P, corr. N³ (cf. *Birt XXXVI*) 12 Brimo] primo ω, corr. *Turnebus* 13 iam] etiam ω : uos ^{prec} in mg., ^{corr.} ζ 15 nolit] uelit F⁴ 16 agat V², prob. *Enk II 2,54*; sed de indicatiuo ad hypothesin irream designandam cf. 2,25,10 siue ego Tithonus siue ego Nestor ero et sic (ς) ... agat *Itali*

3a ad irrisorem F P Δ 1-4 secum loquitur poeta, ut censet *Williams Trad. and Orig. 474*; iniuria *Abel Anred. 43* et *Tränkle 146* amicum quendam alloqui *Propertium* putant 1 nullum ω, corr. *Heinsius*; sequentes uersus luculenter ostendunt hic de puella agi; uox nulla absolute usurpatur in 2,23,41 nulla tamen lecto recipit se sola libenter 2 haesisti? ... tuus? dist. *Richmond 3* requiescere] cognoscere F (corr. F⁴) P 4 erit? dist. *Richmond 7* seueris] serenis F (corr. F⁴) Vo D²

nec me tam facies, quamuis sit candida, cepit
(lilia non domina sint magis alba mea; 10
ut Maeotica nix minio si certet Hiberno,
utque rosae puro lacte natant folia),
nec de more comae per leuia colla fluentes,
non oculi, geminae, sidera nostra, faces,
nec si qua Arabio lucet bombyce puella 15
(non sum de nihilo blandus amator ego):
quantum quod posito formose saltat Iaccho,
egit ut euhantis dux Ariadna choros,
et quantum Aeolio cum temptat carmina plectro,
par Aganippaeae ludere docta lyrae; 20
et sua cum antiquae committit scripta Corinnae,
carmina † quae quiuus † non putat aequa suis.

9 sit ex sis F 10-12 (lilia ... folia) dist. *Baehrens* : (lilia ... mea) dist. *Housman*, qui 11-12 post u. 16 transt. 10 sunt Δ, prob. *Giardina 114sq.*; ego uero cur coniunctius sint "inanis error scribarum" (*Giardina 115*) habendus sit intellegere nequeo; cf. *Enk II 2,58*, qui si cum colore dominae meae comparentur simul audit 11 ut] et F P 12 natent N (natant pro uaria lectione ead. man.) P Vo 15 si qua Arabio] si quando Araba *Puccius* : si quando Arabo *Garrod*; tradita iniuria def. *Sh. Bailey 65*, qui *Plaut. Poen. 515sq.* confert; cf. contra 2,13,9sq. non ego sum formae tantum mirator honestae / nec si qua illustri femina iactat auos, ubi de *Cynthia sermo est* 16 (non ... ego) sic dist. *Housman* 17 saltat] iactat F (corr. F⁴) P iacheo N F : iacho Δ N³ (cf. *Birt XXXVI*) : acheo P, corr. F⁴ 18 adriagna N : adrianna F P : adriana Δ, corr. N³ (cf. *Birt XXXVI*) 19 cum] quod *Guyet* : quom *Lachmann* Aolio] Aonio ζ, prob. *Giardina 117* 20 et 22 inter se mut. *MacKay* 22 carmina qu(a)e quiuus ω (lyrines pro uaria lectione add. in mg. V³) : post carmina et quiuus dist. *Rothstein* (i. e. carmina, quae quiuus suis aequa putat, illa non suis aequa putat), sed cf. *Sh. Bailey 66* : carminaque *Erinnes Volscus* (prob. *Jachmann St. Paoli 421 adn. 1*) : carmina quae quaeuis *Palmer* (carmina quae quaeuis iam *Vat. Chig. 123¹*), prob. *Sh. Bailey 66* (fort. recte; cf.

non tibi nascenti primis, mea uita, diebus
 candidus argutum sternuit omen Amor?
 haec tibi contulerunt caelestia munera diui, 25
 haec tibi ne matrem forte dedisse putes.
 non non humani partus sunt talia dona;
 ista decem menses non peperere bona.
 gloria Romanis una es tu nata puellis:
 Romana accumben[is] prima puella Ioui, 30
 nec semper nobiscum humana cubilia uises;
 post Helenam haec terris forma secunda redit.

contra Enk II 2,63: "nulla causa est cur dici possit Corinnam aliorum carmina prae suis parui facere") : carminaque illius Otto : carminaque ullius Rossberg : alii alia putet Postgate 23 non] num F P, quod nonnulli edd. probant (cf. e. g. Rothstein I 474 et uide K.-St. II 512, H.-Sz. 463) : nunc Δ : nam ζ; non tuetur Rut. Nam. 1,87 non tibi nascenti plures animaeque manusque etc. (cf. Alfonsi Aeu. 28 [1954] 287); de non i. q. nonne ap. Propertium cf. 2,8,21; 2,16,3 24 candidus Macrob. gramm. V 625,15 (= 651,29) K., prob. Housman Class. Pap. 295 : ardidus N F P : ar(r)idus Δ : adridus F⁴ : feruidus Beroaldus; cf. Catull. 68,133sq. quam circumcursans hinc illinc saepe Cupido / fulgebat crocea candidus in tunica argutum] augustae Macrob. (def. Oldfather 278) : augustum Pontanus : argute Heinsius (fort. recte, si Macrobii textum consideramus) stertuit Δ; sed cf. Catull. 45,8 hoc ut dixit, Amor sinistra ut ante / dextra sternuit adprobationem et Kroll ad loc. 25 tibi om. N contulerint N F P V² in ras. : cum tul(l)erint D Vo, corr. ζ 26 ne] me F P D Vo; cf. H.-Sz. 336 27 sunt partus F (transl. F⁴) P D V; deff. Housman Class. Pap. 269 iisdemque fere uerbis Enk II 2,67sq., nulla certa ratione allata 29 et 31 inter se mut. Lachmann; 30 et 32 commut. Sterke, fort. recte; nam u. 30 explanare uidetur quae in u. 31 exponuntur. Ordinem traditum dubitanter recepi, collato Enk II 2,69, qui u. 31 eandem sententiam non repetere, sed Cynthiam non semel tantum Ioui accubituram dicere censet; sedes enim ei inter deos dabitur 29 tu nata] limata F (corr. F⁴) 30 accumbens ω, corr. ζ

hac ego nunc mirer si flagret nostra iuuentus?
 pulchrius hac fuerat, Troia, perire tibi.
 olim mirabar, quod tanti ad Pergama belli 35
 Europae atque Asiae causa puella fuit;
 nunc, Pari, tu sapiens et tu, Menelae, fuisti,
 tu quia poscebas, tu quia lentus eras.
 digna quidem facies pro qua uel obiret Achilles;
 uel Priamo belli causa probanda fuit. 40
 si quis uult fama tabulas anteire uetustas,
 hic dominam exemplo ponat in arte meam:
 siue illam Hesperiiis, siue illam ostendet Eois,
 uret et Eois, uret et Hesperios.

3b

His saltem ut teneam iam finibus! ah mihi si quis, 45
 acrius ut moriar, uenerit alter amor!

33 hac] at F (corr. F⁴) D : ac Vo flagrat Fontein, prob. Enk II 2, 69; non inepte quidem: coniunctius enim post mirari si uim potentialem habet (cf. K.-St. II 424, H.-Sz. 666); cf. tamen, cum Giardina 123, Cic. Cael. 69 hic etiam miramur, si illam commenticiam pyxidem obscenissima sit fabula consecuta? (sic codd.: est pro sit coni. Halm); sim. Prop. 2,26,21sq. nunc admirentur, quod tam mihi pulchra puella / seruiat et tota dicar in urbe potens? 39-40 post u. 34 transt. Rossberg 40 priamus N (ex priamo) F P Δ; cf. imitationem ap. Poet. Lat. min. 5,393,73sq. B. tu poteris Priamo ualidissima causa fuisse, / nulla ut cura foret regna perire sua uel Priamus: sic dist. Baehrens fuit] foret ζ 42 dominum N (corr. ead. man.) ponet D Vo in ante N F P : inante Vo 43 ostendis P

3b 45-46 maioris carminis fragmentum esse censet Housman 45-54 sequenti elegiae coniungit ed. Ald. a. 1502 (cf. etiam Enk, Studi Funaioli, Romae 1955, 32-36); eosdem uersus separauerunt nonnulli post Lemaire. Quibus adsentior: nam uu.

ac ueluti primo taurus detractat aratra,
 post uenit assueto mollis ad arua iugo,
 sic primo iuuenes trepidant in amore feroces,
 dehinc domiti post haec aequa et iniqua ferunt. 50
 turpia perpressus uates est uincla Melampus,
 cognitus Iphicli surripuisse boues;
 quem non lucra, magis P[h]ero formosa coegit,
 mox Amythaonia nupta futura domo.

4

Multa prius dominae delicta queraris oportet,
 saepe roges aliquid, saepe repulsus eas,

1-44 Cynthiae laudes praedicant fuseque explicant cur Propertius Cynthiae amore carere non possit; contra in uu. 45-54 amatoris constantiae τόπος inducitur seruitiumque amoris describitur. Adde praeterea u. 44 egregie elegiae finem facere; cf. enim eundem elegiae exitum in 2,6; similem praebent exitum 2,7 et 2,9 45 ut] aut Tyrrell, prob. Luck RhM 105 (1962) 338; de ut i. q. utinam cf. Tränkle 153sq., H.-Sz. 331 ah] aut N P Δ F⁴: an F (quod iure improbant B.-B. 197, Sh. Bailey 67): hei Lachmann: at Paley; corr. Puccius 46 acrior s; sed, ut recte monet Giardina 126, "qui possit fieri, ut alter post acerrimam Cynthiam acrior poetae uideatur amor?"; acrius cum uerbo moriendi coniungendum; cf. Plaut. Trin. 540 sues moriuntur angina acerrime! amor? sic dist. Havet uenerit alter amor, acrius ut moriar Scaliger 47 ante hunc uersum lacunam stat. Lemaire 47-54 post u. 8 transt. Scaliger at ueluti F P; sed cf. ac ueluti in hexametri initio ap. Prop. 2,15,51; 3,15,31; Verg. Aen. 2,626; CLE 1040,1 B. 50 post hunc uersum lacunam stat. Sh. Bailey dub. 51 nylampus N V: uilampus F: uelampus F⁴ 53 non] nunc D (corr. D²): tunc Vo phero N F Δ: ferro P, corr. s 54 amythaonia D V (corr. V²)

4 ad amantem F D V: ad se ipsum P

et saepe immeritos corrumpas dentibus unguis
 et crepitum dubio suscitet ira pede!
 nequiquam perfusa meis unguenta capillis, 5
 ibat et expenso planta morata gradu.
 non hic herba ualet, non hic nocturna Cytaeis,
 non Perimedaea gramina cocta manu[s]; 8
 nam cui non ego sum fallaci praemia uati? 15
 quae mea non decies somnia uersat anus? 16
 quippe ubi nec causas nec apertos cernimus ictus, 9
 unde tamen ueniant tot mala caeca uia est; 10
 non eget hic medicis, non lectis mollibus aeger,
 huic nullum caeli tempus et aura nocet;
 ambulat - et subito mirantur funus amici!
 sic est incautum, quidquid habetur amor. 14

4 strepitum P D (corr. D²) Vo, quod nonnulli accipiunt, collato fortasse Tib. 1,2,35 strepitu terrete pedum et sim.; cf. tamen Cic. top. 52 pedum crepitus, strepitus hominum et adde Prop. 2,32,15 et leuiter nymphis tota crepitantibus urbe, Hor. epod. 16,48 leuis crepante lymphia desilit pede 6 extenso s, quod tueri uidetur Ouid. ars 3,302 extensos fert... superba pedes; sed expensus idem ualet atque "ad certam mensuram uel rationem constrictus, aequatus" (ThLL V 2,1643,34); cf. Sen. nat. 7,31,2 tenero et molli ingressu suspendimus gradum, Maxim. eleg. 5,23sq. quis referat gressus certa se lege mouentes / suspensosque nouis plausibus ire pedes? 7 nocturna] nocitura D (nocitura D²) Vo, fortasse ex 2,1,52: nocturna ex nocitura (ut uid.) V²; de sagarum sacris nocturnis cf. e. g. Hor. epod. 5,49sq. 8 Perimedaea... manu] per medea)e... manus ω (sed cf. Theocr. 2,16): perimedaea... manus codd. Beroaldi (prob. Rothstein I 474), corr. codd. Passeratii; de corruptelae origine cf. Fraenkel, Aeschylus. Agamemnon, III, Oxonii 1950,655 adn. 1 cocta] secta s 9-10 cum 15-16 commut. Postgate: post u. 14 transt. Enk, Studi Funaioli, Romae 1955, 35 13 subitum cod. Casanat. 3227 (et Heinsius); sed cf. 2,16,27sq. barbarus excussis agitat uestigia lumbis / et subito felix nunc mea regna tenet mirantur] comitantur Giardina; sic tamen intellege: et subito

hostis si quis erit nobis, amet ille puellas: 17
 gaudeat in puero, si quis amicus erit.
 tranquillo tuta descendis flumine cumba:
 quid tibi tam parui † litoris † unda nocet? 20
 alter saepe uno mutat praecordia uerbo,
 altera uix ipso sanguine mollis erit.

5

Hoc uerum est, tota te ferri, Cynthia, Roma,
 et non ignota uiuere nequitia?

amici mirantur eum esse funus (*i. q. cadauer, i. e. ex hac uita migrasse*); *de uoce funus i. q. cadauer cf. 1,17,8; 4,11,3 pluri-
 maque exempla ap. ThLL VI 1605,36sq. subitum ... mira-*
mur § 14 *ante quidquid et post habetur dist. Rothstein; sed cf.*
Leo Kl. Schr. II 194 sic est incautus, quicquid habetur, amor
Giardina; de incautus "sensu passiuo, i. q. non euitatus ... fere
i. ineuitabilis" (ThLL VII 1,852, 41sq.) cf. Lucr. 6,390 quibus
incautum scelus auersabile cumquest. Verba quidquid habetur
amor recte interpretatur Enk II 2, 82 ("quidquid illud est quod
amare uocatur") 15-16 post u. 8 transt. Birt, post u. 4 Otto;
inepte enim in codicibus post u. 14 hoc distichon legitur; mea
quidem sententia post u. 8 transferendum est; sic apte dispo-
nuntur quae Cynthiae duritiam frangere uel amoris morbum sa-
nare nequeunt (uu. 5-6 formae cura; uu. 7-8 sagarium pocula; uu.
15-16 somniorum interpretamenta; uu. 9-12 medicorum reme-
dia)

17 ille] ipse F D Vo 20 limitis Palmer; prob. Luck 396, qui
 4,9,60 confert (ubi tamen limes idem est ac trames) : gurgitis
 Giardina; litoris frustra defendere conati sunt nonnulli uiri
 docti (Enk II 2,84: "ripa fluminis"; Sh. Bailey 69: mutata me-
 taphora, primum de flumine, deinde de paruo maris sinu locutus
 est Propertius; obscure Rothstein I 241: "paruum litus hier of-
 fenbar nicht das kleine Ufer, sondern das nahe, durch einen ge-
 ringen Zwischenraum getrennte Ufer")

5 ad cynthiam D V : priori coniungunt N (separ. N²) F P

haec merui sperare? dabis mihi, perfida, poenas;
 et nobis aliquo, Cynthia, uentus erit.
 inueniam tamen e multis fallacibus unam, 5
 quae fieri nostro carmine nota uelit,
 nec mihi tam duris insultet moribus et te
 uellicet: heu sero flebis amata diu!
 nunc est ira recens, nunc est discedere tempus:
 si dolor affuerit, crede, redibit amor. 10
 non ita Carpathiae uariant Aquilonibus undae,
 nec dubio nubes uertitur atra Noto,
 quam facile irati uerbo mutantur amantes:
 dum licet, iniusto subtrahe colla iugo.
 nec tu non aliquid, sed prima nocte, dolebis; 15
 omne in amore malum, si patiare, leue est.
 at tu per dominae Iunonis dulcia iura
 parce tuis animis, uita, nocere tibi.
 non solum taurus ferit uncis cornibus hostem,
 uerum etiam instanti laesa repugnat ouis. 20

3 hoc F (corr. F^{rec}) P mi N F P (corr. P²); sed cf. Housman
 Class. Pap. 284 4 aliquo] aquilo ω (quod perperam deff. B.-B.
 199) : alio Burman; corr. Bosscha; cf. Sh. Bailey 70, qui con-
 fert Cic. dom. 100 demigrandum potius aliquo est quam habi-
 tandum in ea urbe, Lig. 27 hinc prohibitum non ad Caesarem ...
 non domum ... non in aliquam regionem ... uenit 5 e] est N
 (corr. N²) 8 uellicet] uel licet P : uendicet Δ (corr. V²); uellicet
 recte interpretatur Barth ("zelotypiae stimulis uexet"); cf. Sen.
 epist. 63,1 illum quoque ista res uellicabit, sed tantum uellica-
 bit; sim. epist. 20,13 potius excitandus et uellicandus est animus
 10 afuerit CIL IV 4491 (= CLE 1785 B.) : affuerit N F P : ab-
 fuerit Δ F³ crede] cede Guyet; sed cf. CIL IV 4491 13
 mutatur Oudendorp 15 non, aliquid dist. Rothstein; sed cf.
 Leo Kl. Schr. II 194; recte intellegit Passerat: "non nihil aegri-
 tudinis senties, Properti, uerum id fortasse nocte prima tantum"
 18 parce iniusta nimis Leo uita] ita F P (corr. P^{rec})

nec tibi periuro scindam de corpore uestis,
 nec mea praeclusas fregerit ira fores,
 nec tibi conexos iratus carpere crinis,
 nec duris ausim laedere pollicibus.
 rusticus haec aliquis tam turpia proelia quaerat, 25
 cuius non hederæ circumiere caput.
 scribam igitur, quod non umquam tua deleat aetas:
 'Cynthia, forma potens: Cynthia, uerba leuis.'
 crede mihi, quamuis contemnas murmura famae,
 hic tibi pallori, Cynthia, uersus erit. 30

6

Non ita complebant Ephyræae Laidos aedis,
 ad cuius iacuit Graecia tota fores;

21 periur(a)e P Δ (corr. V²), prob. Housman Class. Pap. 320; sed cf. 1,3,9 ebria ... uestigia, Hor. carm. 1,15,19 adulteros ... crinis et uide Solbisky 144 26 circuiere F D V P²; re uera quid Propertius scripserit incertum est; cf. enim ThLL III 1135,61sq. ; circumiere defenditur a Papirian. ap. Cassiod. gramm. VII 164,7-10 K. circum praepositio, sequentibus uocalibus, m litteram in enuntiatione amittit, in scriptura seruat 27 non umquam ex numquam N tua] sua Heinsius : tibi Leo; sed nihil mutandum: nam tua aetas (i. e. tua uita) idem est ac tu dum uiues deleat ex doleat N 28 uerba] uerna Peiper : lingua Richards; de relationis accusatio q. e. uerba cf. K.-St. I 286, Löfstedt Synt. II 421 formipotens ... uerbileuis Scaliger

6 ad cinthiam F : ad cinthiam redargutio P : priori coniungit N (dist. N²) 1 complebam D Vo : feruebant Hartman; de plurali indefinito cf. 2,20,9, Lucr. 6,261, Verg. georg. 2,539 ephere(a)e N F P (corr. P²) V 2 fores] pedes Δ (def. Housman Class. Pap. 295), haud dubie collato Ouid. epist. 3,84 et iacet ante tuos Graecia maesta pedes; cf. tamen Plat. AP 6,1,1sq. ἡ τὸν ἐραστῶν / ἐσμὸν ἐνὶ προθύροις λαῖς ἔχουσα νέων

turba Menandreae fuerat nec Thaidos olim
 tanta, in qua populus lusit Erichthonius;
 nec quae dele[c]tas potuit componere Thebas, 5
 Phryne tam multis facta beata uiris.
 quin etiam falsos fingis tibi saepe propinquos,
 oscula nec desunt qui tibi iure ferant.
 me iuuenum pictae facies, me nomina laedunt
 me tener in cunis et sine uoce puer; 10
 me laedet, si multa tibi dabit oscula mater,
 me soror et cum quae dormit amica simul:
 omnia me laedent: timidus sum (ignosce timori)
 et miser in tunica suspicor esse uirum.
 his olim, ut fama est, uitii ad proelia uentum est, 15
 his Troiana uides funera principiis;
 aspera Centauros eadem dementia iussit
 frangere in aduersum pocula Pirithoum.
 cur exempla petam Graium? tu criminis auctor,
 nutritus duro, Romule, lacte lupae: 20
 tu rapere intactas docuisti impune Sabinas:
 per te nunc Romae quidlibet audet Amor.

5 delectas N F Δ, corr. N^{rec} (cf. Birt XXXVI) F⁴ V² : deiectas Gebhard : disiectas Schrader; cf. Athen. 13,591 d 6 phyrne (phi-) tam N Δ : phymeram (phi-) F P : phirneram F⁴, corr. Volsius post u. 6 lac. stat. Burman 8 ne desunt F : ne desint P F³ (corr. F⁴) iura F (corr. F³) V² 9 facies pictae F P 11 l(a)edes F (corr. F⁴) D dedit V² 12 cum qua ω : si quae Heinsius : quando Alton (prob. Sh. Bailey 71); corr. ζ (et Dousa fil.); cum quae idem ualet atque cum aliqua : cf. enim Cic. Tusc. 5,78 mulieres in India, cum est cuius earum uir mortuus, Colum. 4,25 cum ... desecare quid debet dormis F P² 13 ledunt P, fort. recte; cf. enim timidus sum ... suspicor (uu. 13-14) ignosce timenti P 18 perithoum (pery-) N P Δ 20 durae ζ; intellege tamen, per hypallagen, nutritus lacte durae lupae et cf. 4,4,54 nutrit inhumanae dura papilla lupae

felix Admeti coniunx et lectus Vlixis
 et quaecumque uiri femina limen amat!
 templa Pudicitiae quid opus statuisset puellis, 25
 si cuius nuptae quidlibet esse licet?
 quae manus obscenas depinxit prima tabellas
 et posuit casta turpia uisa domo,
 illa puellarum ingenuos corrumpit ocellos
 nequitiaeque suae noluit esse rudis. 30
 a gemat in te(ne)bris, ista qui protulit arte
 turpia sub tacita condita laetitia!
 non istis olim uariabant tecta figuris:
 tum paries nullo crimine pictus erat.
 sed non immerito! uelauit aranea fanum 35
 et mala desertos occupat herba deos.

23-24 del. Postgate : post u. 26 transt. Enk, post u. 38 Otto (qui uu. 25-26 post u. 36 transt.), post u. 40 Heydenreich 23 ameti N F Δ 24 uiri] feri N F (corr. F³) Δ . post uu. 24, 26, 34, 36, lac. posuit Lachmann; cf. tamen de uersuum cohaerentia Sh. Bailey 72 26 cuius] cuius F : quouis uel quo ius Δ quidlibet] cuilibet F P Vo : quolibet D V 28 uisa] iussa Δ (corr. V²) 31 in tenebris] in terris ω : infernis Senger, corr. Fontein; in terris ... protulit frustra defendere conatus est Sh. Bailey 73 (prob. Enk II 2, 107), qui exempla attulit (2, 17, 9; Hor. epist. 2, 1, 194; Ps. Verg. Lyd. 25) ubi in terris idem ualet ac toto orbe terrarum. Tradita dub. accepit Giardina 139, cuius sententia in terris (i. q. sub terris) a uerbali noce gemat pendet; exempla tamen a Giardina allata (2, 18, 27sq., Ouid. am. 2, 16, 15sq.) non ostendunt in terris usurpari posse pro sub terris i. e. in inferis; qua de causa, ut iam Camps et Luck, Fonteinii coniecturam recipere malui 32 turpia] iurgia ω (probb. Foster ClPh 2 [1907] 212, Giardina 139) : orgia Ruhnken (prob. R. Reitzenstein Herm. 31 [1896] 219 adn. 1 et Camps II 96, coll. Verg. georg. 4, 521, Aen. 4, 302 et Seru. ad loc.; uide tamen Sh. Bailey 72), corr. Herwerden Mn N.S. 1 [1873] 429; cf. enim Barber ap. Sh. Bailey 72sq. sub] sed F P (prob. Barber ap. Sh. Bailey 73), corr. P² 35-36 post u. 26 transt. Kuinoel 35 immerito! sic dist. Rothstein, praeunte Brandt Quaest. Prop. 22; cf. 2, 30, 19 36 male Heinsius

quos igitur tibi custodes, quae limina ponam,
 quae numquam supra pes inimicus eat?
 nam nihil inuitae tristis custodia prodest:
 quam peccare pudet, Cynthia, tuta sat est. 40
 nos uxor numquam, numquam deducet amica:
 semper amica mihi, semper et uxor eris.

7

Gavisa es[t] certe sublatam, Cynthia, legem,
 qua quondam edicta flemus uterque diu,
 ni nos diuideret: quamuis diducere amanti
 non queat inuitos Iuppiter ipse duos.
 'At magnus Caesar.' sed magnus Caesar in armis: 5
 deuictae gentes nil in amore ualent.

37-40 post u. 22 transt. Richmond, 37-42 post u. 24 Dietrich 37 lumina F P (corr. P²) 40 post hunc uersum lac. stat. Lachmann 41-42 del. Struve (prob. Jachmann, Festschr. F. Schulz, II 185sq.), post 2, 7, 12 transt. Hetzel, post 2, 7, 20 Scaliger, prob. Enk II 2, 111 41 deducet] me ducet ω : diducet ζ : seducet Birt, corr. Volscus; suppl. a te et cf. 2, 25, 9 at me ab amore tuo deducet nulla senectus

7 de cynthia (ci-) F P D V 1 est ω, corr. ζ; est deff. nonnulli, coll. 1, 3, 22. 27. 29. 34; quae tamen exempla nullius sunt momenti: hic enim de elegiae initio agitur 2 flemus] stemus ω : maestus Alton, corr. ζ; de forma flemus i. q. fleuimus (cf. enim u. 1 gauisa es, u. 3 diuideret) cf. 1, 7, 5 consuemus, Enn. scaen. 160 V² et uide Sommer 564, Tränkle 33 3 ni] quis F Δ : qui P (qui in mg. add. ni pro uaria lectione) : quod Baehrens; de corruptelae origine cf. Housman Class. Pap. 252 et de uoce ni (i. q. ne) Tränkle 36, H.-Sz. 535 5 at ... sed] an ... an F P : an ... sed N² F⁴ P^{rec} sed] sit Markland

nam citius paterer caput hoc discedere collo,
 quam possem nuptae perdere † more † faces,
 aut ego transirem tua limina clausa maritus,
 respiciens udis prodita luminibus. 10
 a mea tum qualis caneret tibi tibia somnos,
 tibia, funesta tristior illa tuba!
 unde mihi patriis natos praebere triumphis?
 nullus de nostro sanguine miles erit.
 quod si uera meae comitarem castra puellae, 15
 non mihi sat magnus Castoris iret equus.

8 more NFPV² : amore Δ (prob. Enk II 2,114; sed cf. Sh. Bailey 74, Giardina 140) : in ore ζ; more def. Housman Class. Pap. 295, coll. Ter. Andr. 152sq. prope adest, quom alieno more uiuendumst mihi: / sine nunc meo me uiuere interea modo, cui nonnulli addunt Plaut. Bacch. 459 opsequens oboediensque est mori atque imperiis patris, Ter. Heaut. 203 huncine erat aequum ex more illius an illum ex huius uiuere; sed in exemplis laudatis mos idem est ac uitae ratio, cum contra idem atque arbitrium (= ad nuptae arbitrium) ualere debeat, ut recte censet Sh. Bailey 74 pandere in ore Giardina 10 prodita] perdita F (corr. F³) P² 11 dum F (corr. F⁴) P tibi] mihi cod. Paris. Lat. 7990 (et Kraffert) tibia] cynthia ζ 12 post hunc uersum lac. stat. Lachmann 13 nouam eleg. inc. ω : ad cynthiam se non nobilem sed eius amatorem P : ad cynthiam (ci-) DV F² : priori coniungit Volscus; elegiam unam esse recte ostendit Nethercut Mn S. IV 24 (1971) 380-382 patriis] Latiis Heinsius : Parthis Ruhnken, prob. Jachmann, Festschr. F. Schulz, II 180sq., cuius sententia patriis triumphis tantummodo Propertii maiorum triumphis significare potest; ego uero non intellego cur patriae triumphis significare non possit 15-18 hic alienos esse censet Postgate 15 etsi F (corr. F⁴) uera] sera Oudendorp : uela Rothstein : alii alia; intellege, cum Sh. Bailey 75, quae uera sunt castra et cf. Ouid. am. 1,9,43sq. impulit ignauum formosae cura puellae / iussit et in castris aera merere suis; minus recte Enk II 2,117 uertit: "si castra meae puellae quae sequor uera essent castra" comitarent ω (def. Scheidweiler Herm. 88 [1960] 77; sed cf. iam B.-B. 203; quomodo castra comitari possint intellegere nequeo) : comitarer ζ; corr. Beroaldus; de uoce actiua cf. Tränkle 64

hinc etenim tantum meruit mea gloria nomen,
 gloria ad hibernos lata Borysthenidas.
 tu mihi sola places: placeam tibi, Cynthia, solus:
 hic erit et patrio nomine pluris amor. 20

8

Eripitur nobis iam pridem cara puella:
 et tu me lacrimas fundere, amice, uetas?
 nullae sunt inimicitiae nisi amoris acerbae:
 ipsum me iugula, lenior hostis ero.
 possum ego in alterius positam spectare lacerto? 5
 nec mea dicetur, quae modo dicta mea est?
 omnia uertuntur: certe uertuntur amores:
 uinceris aut uincis, haec in amore rota est.
 magni saepe duces, magni cecidere tyranni,
 et Thebae steterant altaque Troia fuit. 10
 munera quanta dedi uel qualia carmina feci!
 illa tamen numquam ferrea dixit 'Amo.'

19-20 del. Lachmann 20 patriae Δ (corr. V²) : Partho Burman nomine] sanguine ω (def. Nethercut Mn S. IV 24 [1971] 382sq.), corr. Postgate JPh 9 (1880) 66, qui uocem sanguine e u. 14 huc irrepsisse censet; idem confusionis exemplum inuenire possumus ap. Ouid. epist. 17,62 (ut monet Giardina 141): cf. enim app. ad loc. editionis a Dörrie curatae

8 ad amicum FV : ad amicum de amicitia sublata P 4 leuior FP : segnior Δ (corr. F⁴ V²), prob. Housman Class. Pap. 321; cf. ThLL VII 2, 1143, 1-29 6 quae modo] quomodo F (corr. F³) P 7-8 post u. 10 transt. ζ (fortasse recte) : 7-10 Propertii amico tribuit Hertzberg 8 aut uincens ζ (et Palmer) : a uictis Barber : ut uincas Sh. Bailey; de uocalis productione in arsi cf. 1,10,23 petiit, 4,1,17 fuīt et Platnauer Lat. Eleg. 59sq. 10 steterunt ζ, probb. Enk Comm. crit. 94, B.-B. 204; sed cf. Housman ad Manil. 2,877, Sh. Bailey ClQ 43 (1949) 25 12 dicit FP

ergo iam multos nimium temerarius annos,
 improba, qui tulerim teque tuamque domum?
 ecquandone tibi liber sum uisus? an usque 15
 in nostrum iacies uerba superba caput?
 sic igitur prima moriere aetate, Properti?
 sed morere; interitu gaudeat illa tuo!
 exagitet nostros Manis, sectetur et umbras,
 insultetque rogis, calcet et ossa mea! 20
 quid? non Antigoniae tumulo Boeotius Haemon
 corrui ipse suo saucius ense latus
 et sua cum miserae permiscuit ossa puellae,
 qua sine Thebanam noluit ire domum?
 sed non effugies: mecum moriaris oportet; 25
 hoc eodem ferro stillet uterque cruor.
 quamuis ista mihi mors est inhonesta futura:
 mors inhonesta quidem, tu moriere tamen.
 ille etiam abrepta desertus coniuge Achilles
 cessare in tectis pertulit arma sua. 30
 uiderat ille fuga stratos in litore Achiuos,
 feruere et Hectorea Dorica castra face;

13 iam] tam P, qui iam *add. in mg. pro uaria lectione* ergo ego
 (Francius) tam Heinsius 14 domum, sic dist. Hertzberg; cf.
 tamen Sh. Bailey 77 15 et quando (quoniam Vo) ne P Δ: et
 (ec F⁴) quando ue F; cf. K.-St. II 515 16 post hunc uersum
 lac. stat. Lachmann, qui a u. 17 nou. eleg. inc. 21-24 post u.
 28 transt. Baehrens (fort. recte); hic alienos esse censet Housman
 21 boetius ω, corr. ζ 23 misera ... puella Francius, prob.
 Tyrrell Hermath. 2 (1876) 49sq.; simul audi tamen ossibus et cf.
 Cic. Verr. 2,4,45 ut non conferam uitam neque existimationem
 tuam cum illius aliaque exempla ap. Sh. Bailey 77, H.-Sz. 217
 25 effugies ex effigies N: efficies F P Δ; cf. Naeu. trag. 15 R³
 numquam hodie effugies quin mea moriaris manu, Catull. frg. 3
 at non effugies meos iambos 26 ferro eodem N 28 post hunc
 uersum lac. stat. Baehrens 31 fugas tractos N F Δ (sed cf. B.-B.
 205): fuga tractos P (frigus in mg. pro uaria lectione add. ead.

uiderat informem multa Patroclon harena
 porrectum et sparsas caede iacere comas,
 omnia formosam propter Briseida passus: 35
 tantus in erepto saeuit amore dolor.
 at postquam sera captiua est reddita poena,
 fortem illum Haemoniis Hectora traxit equis.
 inferior multo cum sim uel matre uel armis,
 mirum, si de me iure triumphat Amor? 40

9

Iste quod est, ego saepe fui: sed fors et in hora
 hoc ipso eiecto carior alter erit.
 Penelope poterat bis denos salua per annos
 uiuere, tam multis femina digna procis;

man.) : fuga fractos ζ : fuga sparsos Heinsius : fuga, stratos
 Burman; corr. Passerat; tradita def. Rothstein I 265, cuius
 exempla (Hom. Il. 17,125. 160. 229. 394, ubi de Patroclo mortuo
 agitur) nullius momenti sunt. Abl. fuga idem ualet ac dum fu-
 giunt

37 sera] sacra Δ (corr. V²) : sera om. F (add. in mg. F⁴); cf.
 Housman Class. Pap. 253 et app. ad 2,34,25 38 ille Van
 Kooten : idem L. Müller 39 matre] marte N F P Vo V² : in
 arte D V, corr. cod. Vat. Barber. VIII 23; Marte def. Löfstedt
 Peregr. Aeth. 200; cf. tamen Hom. Il. 1,280 εἰ δὲ σὺ καρτερὸς
 ἔσσι, θεὰ δὲ σε γείνατο μήτηρ 40 iure] Tulle Wytttenbach;
 uoces mirum et iure pleonasmon efficere putant Hertzberg et
 Postgate; cf. tamen Oros. hist. 7,42,8 nec mirum si iure hac
 pompa miser lusus est et Sh. Bailey 78

9 ad amicam de riali F D V : ad amicam de riali admissio
 et se excluso P 1 fors et] forsit ζ; sed cf. Hor. carm. 1,28,31;
 Verg. Aen. 2,139; 11,50; K.-St. I 812; Norden Aen. 270; Tränkle
 48 2 electo N F P V (corr. V²); cf. app. ad 1,13,16 et Ter. Eun.
 275sq. hoc nunc dicis / eiectos hinc nos: omnium rerum, heus,
 uicissitudost

coniugium falsa poterat differre Minerua, 5
 nocturno soluens texta diurna dolo;
 uisura et quamuis numquam speraret Vlixem,
 illum exspectando facta remansit anus.
 nec non exanimem amplectens Briseis Achillem
 candida uesana uerberat ora manu, 10
 et dominum lauit maerens captiua cruentum,
 propositum flauis in Simoente uadis,
 foedauitque comas, et tanti corpus Achilli
 maximaque in parua sustulit ossa manu;
 cum tibi nec Peleus aderat nec caerula mater, 15
 Scyria nec uiduo Deidamia toro.

3 salua] sola ς : sancta *Arntzen*; salua *idem ualet atque integra*:
cf. enim Lit. 1,58,7 quid enim salui est mulieri amissa pudicitia?
 7 uisuram *P^{rec}* : uenturum *Paley*; de nominatio cum
 infinitiuo *cf. 1,16,6; 3,6,40; Lease AJPh 40 (1919) 281; Löfstedt*
Synt. II 429; H.-Sz. 364 8 facta] casta *Waardenburgh*; sic
intellege: facta anus illum exspectando remansit, i. e. fida fuit,
 et *cf.*, in pentametri exitu, 3,25,16 facta queraris anus, *Ouid.*
epist. 1,116 facta uidebor anus 12 appositum Δ (*deff. Hous-*
man Class. Pap. 285, Leo Kl. Schr. II 185) : apposito *Guyet*;
sed cf. Cic. fam. 5,16,2 homines nos ut esse meminimus ea
 lege natos, ut omnibus telis fortunae proposita sit uita nostra et
Smyth Hermath. 87 (1956) 72 flauis] fluuiis ω : fuluis ς (*fort.*
recte: *cf. ThLL VI 1534,10-17*) : Phrygiis *Oudendorp*; *corr. ς* ;
cf. W. A. Baehrens Ph 72 (1913) 264 et Sh. Bailey 80 (qui Sil.
14,231 uada flaua Symaethi confert) in simoenta ω (*deff.*
H.-Sz. 273; sed cf. Sh. Bailey 80) : ad Simoenta *Paley, corr.*
Guyet; *cf. 1,3,6* in (i. q. in ripis) herboso... *Apidano, Hous-*
man Class. Pap. 285, H.-Sz. 273 13-14 ante u. 11 transt. Vahlen
Ges. Phil. Schr. II 131sq., prob. Leo Kl. Schr. II 185; cf. tamen
W. A. Baehrens Ph 72 (1913) 274 13 achillis $F \Delta$: hachillis ex
 hachillis P^2 ; *cf. CLE 1233,3 B. (in fine hexametri) laudauit*
 corpus Achilli, *ThLL I 392,15* 15 tunc tibi P : cui tum
Housman : tunc ibi *Alton*; *sed de nimis repentina apostrophe*
cf. 3,11,33-38 16 toro] uiro ω , *corr. ς* ; uiro *def. Thörnell Er 5*

tunc igitur ueris gaudebat Graecia natis,
 tunc etiam felix inter et arma pudor.
 at tu non una potuisti nocte uacare,
 impia, non unum sola manere diem! 20
 quin etiam multo duxistis pocula risu:
 forsitan et de me uerba fuere mala.
 hic etiam petitur, qui te prius ipse reliquit:
 di faciant, isto capta fruaré uiro!
 haec mihi uota tuam propter suscepta salutem, 25
 cum capite hoc Stygiae iam poterentur aquae
 et lectum flentes circum staremus amici?
 hic ubi tum, pro di, perfida, quisue fuit?
 quid si longinquos retinerer miles ad Indos,
 aut mea si staret naus in Oceano? 30

(1927) 217, qui uocem uiduus pro uir a coniuge relictus inter-
 pretatur, collato 2,8,29 ille etiam abrepta desertus coniuge Achil-
 les; quod iure refellit *Enk II 2,139*: *cf. enim Ouid. epist. 16,318*
 in uiduo iaceo solus et ipse toro
 17 uiris $N P F^2$: iuris F : castis Δ : certis *Baehrens* : miris
Rossberg (fort. recte), corr. P^2 natis] nuptis *Baehrens*; ean-
 dem atque in codicibus iuncturam testatur *Val. Fl. 5,614* cara
 mihi et ueras inter non ultima natus, ubi tamen alia est signifi-
 catio; adde praeterea u. 17 ad Penelopen, u. 18 ad Briseida per-
 tinere posse et *cf. Baehrens, Misc. crit., Groningae 1878, 86.*
 Quae sunt tamen uerae nuptae? *Explanationem a Burman pro-*
positam ("ueri nati sunt genuini, spuriis oppositi, casti thalami
 pignora") dubitanter recipio. Versus fortasse nondum sanatus
 18 tunc etiam] otia tunc *Housman* : tunc etenim *Barber*; *sed*
cf. Sh. Bailey 81 et de nexu etiam... et ThLL V 2,915,15-42 21
 duxisti $F P \Delta$; *sed cf. Housman Class. Pap. 252* risu] lusu
Guyet 23 prior *Markland* 25 haec] et *Lachmann*; *sed recte*
uertit Enk II 2,141: "hocne uotis propter salutem tuam susceptis
 expetii, ut e morbo refecta me relinqueres istumque amares?"
 26 peterentur Δ ; *sed cf. Ouid. met. 14,641, Liu. 7,9,7, Neue-*
Wagener III 257, Sommer 505 29-30 post u. 20 transt.
Housman

sed uobis facile est uerba et componere fraudes:
 hoc unum didicit femina semper opus.
 non sic incertae mutantur flamine Syrtes,
 nec folia hiberno tam tremefacta Noto,
 quam cito feminea non constat foedus in ira, 35
 siue ea causa grauis, siue ea causa leuis.
 nunc, quoniam ista tibi placuit sententia, cedam:
 tela, precor, pueri, promite acuta magis!
 figite certantes atque hanc mihi soluite uitam!
 sanguis erit uobis maxima palma meus. 40
 sidera sunt testes et matutina pruina
 et furtim misero ianua aperta mihi,
 te nihil in uita nobis acceptius umquam:
 nunc quoque eris, quamuis sis inimica mihi.
 nec domina ulla meo ponet uestigia lecto: 45
 solus ero, quoniam non licet esse tuum.
 atque utinam, si forte pios eduximus annos,
 ille uir in medio fiat amore lapis!

+ + +

33 incerto ω, corr. ζ; cf. Sall. Iug. 78 (de Syrtibus) facies locorum cum uentis simul mutatur, Sen. Phaedr. 569sq. et amica ratibus ante promittet uada / incerta Syrtis, Stat. Theb. 1,687sq. si quos incerto litore Syrtes / destituunt 34 in (h)yberno F P (corr. P²) 38 precor] quidem F (corr. F⁴) P V²; cf. K.-St. II 163 promitte N Vo : pincte F (corr. F⁴); cf. Ouid. ars 3,516 spicula de pharetra promit acuta sua puer hic promit P 41-52 separ. Lemaire, 41-48 separ. Lachmann 41 sunt] sint ζ (et Burman); cf. Seru. ad Verg. buc. 5,21 Propertius: testes sunt sidera nobis 43-44 om. P (suppl. ead. man. in mg.) 44 erit Postgate : era's Housman; simul audi tamen accepta; haec constructio, quam durissimam putant Enk II 2,147 et nonnulli uiri docti, non est tamen prorsus refellenda: quamquam concedere possum emendationem a Postgate propositam elegantiolem efficere uersum, attamen caueo ne Propertius ipse corrigatur sis] sic N : sit F (corr. F⁴) mihij mea Palmer : nihil Postgate 48 post hunc uersum lacunam statuit Lachmann, quod de improuiso poeta riualet adloquitur

non ob regna magis diris cecidere sub armis
 Thebani media non sine matre duces, 50
 quam, mihi si media liceat pugnare puella,
 mortem ego non fugiam morte subire tua.

10

Sed tempus lustrare aliis Helicon choreis
 et campum Haemonio iam dare tempus equo.
 iam libet et fortis memorare ad proelia turmas
 et Romana mei dicere castra ducis.
 quod si deficient uires, audacia certe 5
 laus erit: in magnis et uoluisse sat est.
 aetas prima canat Veneres, extrema tumultus:
 bella canam, quando scripta puella mea est.
 nunc uolo subducto grauior procedere uultu,
 nunc aliam citharam me mea Musa docet. 10

49-52 hic alienos esse censet Wakker, prob. Camps II 107; omnia bene procedere censet Enk II 2,148-150, nimis confidenter 50 media] misera Jacob; sed cf. Sen. Phoen. 407-409 (Iocasta loquitur) ibo, ibo et armis obuam opponam caput / stabo inter arma: petere qui fratrem uolet, / petat ante matrem, 457 media se opponit parens (sc. Iocasta)

10 priori coniung. F P : hic tertium elegiarum librum incipere statuit Lachmann, initium excidisse ratus 1 sed] est D (corr. D²); sed cf. 2,27,1 2 et campum Aonio Heinsius (cf. Stat. Theb. 10,319sq. Aonios . . . equos) : campum et Maeonio Housman, praeunte Heinsio; sed Haemonius equus idem ualet atque equus bello aptus: cf. Lucan. 6,397 Thessalicus sonipes, bellis feralibus omen, Otto, Comm. Woelfflin., Lipsiae 1891, 150, Enk II 2,154 7-8 post u. 20 transt. Birt; sed cf. R. Reitzenstein Herm. 31 (1896) 188-192 7 ueteres P (corr. P²) 9 succedere F; cf. eundem hexametri exitum (procedere uultu) ap. Lucan. 6,736 10 nunc] nam F P : namque D Vo F³ P²

surge, anime, ex humili! iam, carmina, sumite uires!
 Pierides, magni nunc erit oris opus.
 iam negat Euphrates equitem post terga tueri
 Parthorum et Crassos se tenuisse dolet:
 India quin, Auguste, tuo dat colla triumpho 15
 et domus intactae te tremit Arabiae;
 et si qua extremis tellus se subtrahit oris,
 sentiat illa tuas postmodo capta manus!
 haec ego castra sequar; uates tua castra canendo
 magnus ero: seruent hunc mihi fata diem! 20
 at caput in magnis ubi non est tangere signis,
 ponitur † hac † imos ante corona pedes;
 sic nos nunc, inopes laudis conscendere culmen,
 pauperibus sacris uilia tura damus.

11 anima ω, corr. cod. Salmant. 86 (et Heinsius); cf. ThLL II 104,63-71, Enk Mn S. III 3 (1935-6) 159 post humili dist. F; cf. Sen. suas. 4,2; Iuuen. 3,39; S. H. A. Seu. 18,11; sim. Cic. Tusc. 2,5 carmine N P Δ; cf. Housman Class. Pap. 296, qui luculenter ostendit unum F genuina uerba tradidisse 14 metuisse V Vo D²: timuisse V² 15 quin] quis ω, corr. ζ; cf. H.-Sz. 677 16 domus... Arabiae] nemus... Armeniae Fontein, prob. Hartman Mn 49 (1921) 436; sed nihil mutandum: cf. enim Verg. georg. 2,115 Eoasque domos Arabum, Hor. carm. 3,24,1 intactis... thesauris... Arabum 17 et] aut Hartman 21 at] ut ω, corr. Fontein; particula at restituta, uu. 21-26 praecedentibus apte opponuntur 22 hac N F P (probb. B.-B. 209): hic Δ (prob. Enk II 2,163): haec ζ (fort. recte: cf. Sh. Bailey 83): his Scaliger: huic Dousa: atque Birt: hinc Camps; sed nulla emendatio certa mihi uidetur 23 contendere Broukhusius (prob. Stroh 65 adn. 38, coll. ThLL IV 663, 36-46): contingere Fontein; cf. tamen ThLL IV 361,53-58 culmen] carmen ω (deff. Mattingly CIR 26 [1912] 49sq., Sh. Bailey 94; sed cf. Enk II 2,164): in arcem Palmier: currum Markland (non inepte: cf. 2,18,13, Lucr. 6,47 aliaque exempla ap. ThLL IV 361,59-62); corr. Passerat: cf. Sil. 3,510 summumque Iouis conscendere culmen, Vahlen Ges. Phil. Schr. II 119sq.

nondum etiam Ascræos norunt mea carmina fontis, 25
 sed modo Permessi flumine lauit Amor.

11

Scribant de te alii uel sis ignota licebit:
 laudet, qui sterili semina ponit humo.
 omnia, crede mihi, tecum uno munera lecto
 auferet extremi funeris atra dies;
 et tua transibit contemnens ossa uiator, 5
 nec dicet: 'Cinis hic docta puella fuit.'

12

Quicumque ille fuit, puerum qui pinxit Amorem,
 nonne putas miras hunc habuisse manus?
 is primum uidit sine sensu uiuere amantis
 et leuibis curis magna perire bona.
 idem non frustra uentosas addidit alas, 5
 fecit et humano corde uolare deum:

25 nondum etenim Nodell; sed de nexu nondum etiam cf. 1,3,11 et Tränkle 46 ascreos etiam N

11 ad cynthiam D V: priori coniung. F P, prob. Rothstein Herm. 24 (1889) 19; cf. tamen 2,10,16 te (Augustum adloquitur poeta) et 2,11,1 de te, ubi Cynthiae se conuertit poeta 1 alii de te F P: alii P² uel] ue F: ne F³ P² (prob. Housman Class. Pap. 296) 2 ludet N F P V²: ludit Dousa fil. 3 secum ζ 6 hic] h(a)ec F N²; sed cf. 2,13,46; 2,20,16; 3,9,37; 4,11,37. 74. 92

12 de amore F P D V 1 puerum] primus F (corr. F⁴) 3 is] hic F P 6 humano] haud uano Nodell: hunc uario Weidgen: heu uano Barber (prob. Sh. Bailey 85); cf. tamen uu. 15-17, Ouid. am. 2,9,2, Mosch. 1,16sq.

scilicet alterna quoniam iactamur in unda
 nostraque non ullis permanet aura locis.
 et merito hamatis manus est armata sagittis
 et pharetra ex umero Cnosia utroque iacet: 10
 ante ferit quoniam tuti quam cernimus hostem,
 nec quisquam ex illo uulnere sanus abit.
 in me tela manent, manet et puerilis imago:
 sed certe pennas perdidit ille suas;
 euolat heu nostro quoniam de pectore nusquam, 15
 assiduusque meo sanguine bella gerit.
 quid tibi iucundum est siccis habitare medullis?
 si pudor est, alio traice tela tua!
 intactos isto satius temptare ueneno:
 non ego, sed tenuis uapulat umbra mea. 20

8 non nullis F Δ aura] umbra ζ; sed cf. Eur. Iph. Aul. 69 πνοαὶ ... Ἀφροδίτης, Ouid. am. 2,9,33 incerta Cupidinis aura et Sh. Bailey 85; de Amoris uento agitur, qui amantes rapit modo huc modo illuc 10 iacet] latet Postgate; de iacere i. q. pendere cf. ThLL VII 1,18,4sq. 12 abit] erit F P D (corr. D²) Vo; sed cf. Solbisky 158; de abire i. q. euadere 'indicato statu abeuntis' cf. ThLL I 67,25sq. 15 heu] e' N : e F P Δ : en Passerat : hei Liuiueius, corr. Muretus numquam ζ; codd. dett. nonnulli uiri docti secuti sunt; sed nusquam iure def. Sh. Bailey 87sq., coll. Claud. Quadr. ap. Gell. 9,13,17, Poll. ap. Cic. fam. 10,32,5, Ouid. am. 1,6,35, Liu. 36,42,6, Plin. nat. 10,51, Prob. uita Pers. p. 234,5sq. Jahn 17 est] et N (est s. l. N²) 18 pudor] puer ω, corr. V²; puer frustra def. Schuster PhW 53 (1933) 668; cf. enim 1,9,33, Ouid. am. 3,2,24, Neumann 51; de corruptelae origine cf. Fraenkel, Aeschylus. Agamemnon, III, Oxonii 1950, 655 adn.1 si par est Bapt. Pius tela] puella ω : bella ζ : duella Lipsius, corr. V²; bella commendant Birt RhM 64 (1909) 409, B.-B. 211 et Sh. Bailey 88; cf. tamen Caes. ciu. 3,19,1 neque ullum interim telum per pactiones loquentium traiciebatur tuo ω : loco N^{rec} : puer V² (prob. Housman Class. Pap. 334sq.), corr. ζ 19 isto satius] istos potius D Vo : isto pocius V

quam si perdideris, quis erit qui talia cantet,
 (haec mea Musa leuis gloria magna tua est),
 qui caput et digitos et lumina nigra puellae
 et canat ut soleant molliter ire pedes?

13a

Non tot Achaemeniis armatur † etrusca † sagittis,
 spicula quot nostro pectore fixit Amor.
 hic me tam gracilis uetuit contemnere Musas,
 iussit et Ascræum sic habitare nemus,
 non ut Pieriae quercus mea uerba sequantur, 5
 aut possim Ismaria ducere ualle feras,
 sed magis ut nostro stupefiat Cynthia uersu:
 tunc ego sim Inachio notior arte Lino.
 non ego sum formae tantum mirator honestae,
 nec si qua illustris femina iactat auos: 10
 me iuuat in gremio doctae legisse puellae,
 auribus et puris scripta probasse mea.
 haec ubi contigerint, populi confusa ualeto
 fabula: nam domina iudice tutus ero.
 quae si forte bonas ad pacem uerterit auris, 15
 possum inimicitias tunc ego ferre louis.

13a de amore F D V : de amore et ad cinthiam mandata in funere suo P 1 tota V² achimeniis ω, corr. ζ armantur D Vo F³ (cf. Leo Kl. Schr. II 184) : armatus Housman Etrusca ω (def. Verdière RSIC 13 [1965] 23-25) : Eruthra Housman (cf. Strab. 16,766) : Persa Barber : alii alia armantur Susa cod. Pici Mirandulani, teste Beroaldo (cf. Lucan. 2,49) : armantur Itura Pontanus (sed cf. Boucher RPh 35 [1961] 234) : alii alia 6 hismaris N : hismaria (hy-) F P Δ N², corr. ζ 11 me] non V² iuuat P; sed cf. Stroh 81 adn. 83 12 puris] pueris N F V D²; cf. Stroh 81 adn. 85 13 confugerint F (corr. F⁴) : contigerit Δ (corr. V²) : cum fuerint P² 15 quae] quod F D²

13b

Quandocumque igitur nostros mors claudet ocellos,
 accipe quae serues funeris acta mei.
 nec mea tunc longa spatietur imagine pompa,
 nec tuba sit fati uana querela mei, 20
 nec mihi tunc fulcro sternatur lectus eburno,
 nec sit in Attalico mors mea nixa toro.
 desit odoriferis ordo mihi lancibus, adsint
 plebei paruae funeris exsequiae.
 sat mea sat magna est, si tres sint pompa libelli, 25
 quos ego Persephona maxime dona feram.
 tu uero nudum pectus lacerata sequeris,
 nec fueris nomen lassa uocare meum
 osculaque in gelidis pones suprema labellis,
 cum dabitur Syrio munere plenus onyx. 30
 deinde, ubi suppositus cinerem me fecerit ardor,
 accipiat Manis paruula testa meos
 et sit in exiguo laurus super addita busto,
 quae tegat exstincti funeris umbra locum,

13b 17-58 *separ.* Broukhusius; *quod improbat Enk II 2,185, qui igitur (u. 17) explicari non posse censet: sed igitur eandem habet uim in carminis initio apud Prop. 1,8,1; cf. etiam 3,7,1; 3,23,1 (ergo); elegiam unam esse censet Wilkinson CIR 80 (1966) 141-144, non minimi momenti argumentis nixus* 21-22 *post u. 18 transt. Otto, fort. recte* 24 *obsequiae N (corr. ead. man.) F; cf. Cic. Chuent. 71, Ouid. trist. 3,5,40, Cons. Liu. 202, 460, CLE 1001,2 B. sit magna ω (sed cf. Leo Kl. Schr. II 190, Housman Class. Pap. 1123sq.), corr. ζ; cf. Sil. 6,122 sat tibi sat magna et totum uulgata per orbem* sat mea sic (ζ: sed Otto) *magnast Baehrens: sat mea sit magno (magni Camps) Phillimore: alii alia* 27 *tum Δ* 29 *oscula quae N libellis N (corr. ead. man.)* 31 *ubi om. F (s. l. F³): ut P ardor] ignis P (corr. P²)* 34 *tegat] tetigit N (corr. ead. man.): regat F (corr. F⁴)*

et duo sint uersus: QVI NVNC IACET HORRIDA PVLVIS, 35
 VNIVS HIC QVONDAM SERVVS AMORIS ERAT.
 nec minus haec nostri notescet fama sepulcri,
 quam fuerant Pthii busta cruenta uiri.
 tu quoque si quando uenies ad fata, memento,
 hoc iter ad lapides cana ueni memores. 40
 interea caue sis nos aspernata sepultos:
 non nihil ad uerum conscia terra sapit.
 atque utinam primis animam me ponere cunis,
 iussisset quaeuis de Tribus una Soror!
 nam quo tam dubiae seruetur spiritus horae? 45
 Nestoris est uisus post tria saecula cinis:
 cui s(i) tam longae[uae] minuisset fata senectae
 † Gallicus † Iliacis miles in aggeribus,

35 *arida ζ* 36 *unus N: huius P (corr. ead. man.)* 37 *nec] non Δ* 38 *quam fuerant] funere quam Housman: quam suerant (uel memorant) Barber: alii alia; simul audi tamen nota et cf. Löfstedt Synt. II 152, H.-Sz. 374* pythii N: fitii F: phithii P Vo F⁴: phthii D: phtyi V, *corr. Birt* busta] fama F (corr. F⁴) P V²; *cf. Löfstedt Synt. I 45* 40 *hoc itere Scaliger: comiter Ayrman: huc iterum Kiessling; de iunctura ire iter et sim. cf. ThLL VII 2,544,16sq. cana] cara Heinsius* 43-58 *separ.* Burman 43 *cunis] curis N (corr. ead. man.): cauis F (corr. F⁴); cf. Ouid. met. 3,313* 44 *quamuis F (corr. F⁴) P^{rec}: saeuis ζ* 45 *aurae Housman dub.; sed cf. Hor. epist. 1,18,110 dubiae spe pendulus horae* 46 *uisus] iussus Δ* 47 *cui si] quis ω (cf. H.-Sz. 467): qui (F⁴) si Markland, corr. ζ (prob. W. A. Baehrens Ph 72 [1913] 270sq.)* tam longae] tam long(a)eu(a)e ω (sed cf. Tränkle 42 adn. 1); *corr. Itali, qui etiam tam ante longaeuae del.; cf. tamen 1,19,7 quamuis te longae remorentur fata senectae minuisset] iurauisset F (corr. F⁴): meminisset Δ (corr. V²): iurasset D²* 48 *gallicus ω (deff. Vahlen Ges. Phil. Schr. II 123sq. et Ellis CIR 9 [1895] 443; cf. tamen Enk II 2,198): callidus van Eldik (sed cf. Birt RhM 51 [1896] 505): Palticus Butler: alii alia*

non aut Antilochi uidisset corpus humari,
diceret aut: 'O mors, cur mihi sera uenis?' 50
tu tamen amisso non numquam flebis amico:
fas est praeteritos semper amare uiros.
testis, cui niueum quondam percussit Adonem
uenantem Idalio uertice durus aper;
illis formosus iacuisse paludibus, illuc 55
diceris effusa tu, Venus, isse coma.
sed frustra mutos reuocabis, Cynthia, Manis:
nam mea qui poterunt ossa minuta loqui?

14

Non ita Dardanio gauisus Atrida triumpho est,
cum caderent magnae Laomedontis opes;
nec sic errore exacto laetatus Vlixes,
cum tetigit carae litora Dulichiae;
nec sic Electra, saluum cum aspexit Oresten, 5
cuius falsa tenens fleuerat ossa soror;

49 non aut] non N : non ille *cett.* : non ante *Phillimore*, *corr. L. Müller*; *cf. Housman Class. Pap. 241sq.* humati *Volscus* 53
cui] qui ω, *corr. Huschke* niueum] iuuenem F D² 55 illic ζ
formosum ω : formosis *Lachmann*, *corr. Postgate* 58 quid F
(*corr. F⁴*) P Δ

14 de receptione in nocte F P D V 1 non ita Dardanio
gauisus Atrida triumpho *Charis. gramm. I 67,11 K.* 2 om. F
(*suppl. F³ in mg.*) magni *Markland* 5 saluum cum] suum
saluum Δ, *quo collato cum saluum coni. Housman Class. Pap. 315*
6 soror] sinu *Heinsius* (*cf. I,7,12 ossaque nulla tuo nostra*
tenere sinu, Tib. I,3,5sq. non hic mihi mater / quae legat in
maestos ossa perusta sinus); *uide tamen W. A. Baehrens Ph 72*
(1913) 265, qui de substantiuo (soror) per abundantiam posito
3,13,53sq. confert

nec sic incolumem Minois Thesea uidit,
Daedalium lino cum duce rexit iter,
quanta ego praeterita collegi gaudia nocte:
immortalis ero, si altera talis erit. 10
at dum demissis supplex ceruicibus ibam,
dicebar sicco uilior esse lacu.
nec mihi iam fastus opponere quaerit iniquos,
nec mihi ploranti lenta sedere potest.
atque utinam non tam sero mihi nota fuisset 15
condicio! cineri nunc medicina datur.
ante pedes caecis lucebat semita nobis:
scilicet insano nemo in amore uidet.
hoc sensi prodesse magis: contemnite, amantes!
sic hodie ueniet, si qua negauit heri. 20
pulsabant alii frustra dominamque uocabant:
mecum habuit positum lenta puella caput.
haec mihi deuictis potior uictoria Parthis,
haec spolia, haec reges, haec mihi currus erunt.
magna ego dona tua figam, Cytherea, columna, 25
taleque sub nostro nomine carmen erit:
HAS PONO ANTE TVAS TIBI, DIVA, PROPERTIVS|AEDIS
EXVVIAS, TOTA NOCTE RECEPTVS AMANS.

7-8 sic cum (*van Herwerden*) ... cui duce *Housman*; *tradita*
def. Enk II 2,204, qui ad particulam sic (u. 7) uocem laetata uel
laeta supplet 7 nec] non Δ 11-12 *del. Gruppe, post u. 14*
transl. Fontein 11 at ex aut N cum F (*corr. F²*) P D 13-14
post u. 22 transl. Camps 14 laeta *Smyth*; *cf. tamen Pichon*
Ind. uerb. amat. 186 s. u. lentus ('lentus saepe dicitur qui aman-
tem non redamat, sed frigidus remanet') 16 condito N F P
22 laeta *Barber*; *cf. app. ad u. 14* 24 erit P; *sed cf. 2,4,5sq.;*
3,9,34; 4,1,14; 4,9,20 26 nomine] munere *Scaliger ex Cuia-*
ciano; *sed cf. 4,7,77, Ouid. trist. 2,551* 27 tuam ... aedem
Scaliger; *sed cf. ThLL I 912, 59sq.*

nunc ad te, mea lux, ueniet mea litore nauis
 seruata; an mediis sidat onusta uadis? 30
 quod si forte aliqua nobis mutabere culpa,
 uestibulum iaceam mortuus ante tuum!

15

O me felicem! o nox mihi candida! et o tu
 lectule deliciis facte beate meis!
 quam multa apposita narramus uerba lucerna,
 quantaque sublato lumine rixa fuit!
 nam modo nudatis mecum est luctata papillis, 5
 interdum tunica duxit aperta moram.

29-32 fragmentum esse censet Fischer (prob. Giardina 154) :
 post 2,4,22 transt. Richmond : post 2,13,16 transt. Ribbeck :
 del. Postgate; uide tamen Abel Anred. 20sq., E. Reitzenstein
 Wirl. 72sq., Vaio CIPh 57 (1962) 236-238. De uu. 29-30 cf.
 quae optime disputauerunt Barwick Ph 99 (1955) 124, Sh. Bailey
 92, Enk Mn N. S. 15 (1961) 38-41 29 a te Puccius (prob.
 Housman Class. Pap. 32) : in te Dorville : a te (est) Luck (prob.
 Giardina 154, qui 3,9,59 confert); cf. tamen Meleag. AP
 12,167,1 χειμέριον μὲν πνεῦμα φέρει δ' ἐπὶ σοί με, Μυῖσκε
 ueniat Vo : uenit ζ : pendet Housman me ζ : mihi Voss : sua
 Dorville ueniet mea] ueniatne Luck litora F (corr. F⁴) 30
 seruata? sic dist. Markland (cf. tamen Abel Anred. 14 adn. 35) :
 seruato Barber (seruato? con. iam Richmond) : soluat Hous-
 man; totum locum tuetur Meleag. AP 12,167,3sq. χειμαίνει δὲ
 βαρὺς πνεύσας πόθος, ἀλλὰ μ' ἐς ὄρμον / δέξαι, τὸν ναύτην
 Κύπριδος ἐν πελάγει an] in Δ : an (in) Housman; cf. K.-St.
 II 2,250 uadis? dist. Markland 31 que si F

15 intimatio animi F D V : de lusibus in nocte actis et animi
 intimatio et amoris persuasio P 1 ah DV (corr. V²) : h Vo
 nox o ζ (et Puccius) : io nox Housman; sed de hiatu ante
 caesuram cf. 2,32,45; 3,7,49; 3,11,17 et om. F 3 opposita P

illa meos somno lapsos patefecit ocellos
 ore suo et dixit: 'Sicine, lente, iaces?'
 quam uario amplexu mutamus brachia! quantum
 oscula sunt labris nostra morata tuis! 10
 non iuuat in caeco Venerem corrumpere motu:
 si nescis, oculi sunt in amore duces.
 ipse Paris nuda fertur periisse Lacaena,
 cum Menelaeo surgeret e thalamo:
 nudus et Endymion Phoebe cepisse sororem 15
 dicitur et nudae concubuisse deae.
 quod si pertendens animo uestita cubaris,
 scissa ueste meas experiere manus:
 quin etiam, si me ulterius prouexerit ira,
 ostendes matri brachia laesa tuae. 20
 necdum inclinatae prohibent te ludere mammae:
 uiderit haec, si quam iam peperisse pudet.
 dum nos fata sinunt, oculos satiemus amore:
 nox tibi longa uenit nec reditura dies.
 atque utinam haerentis sic nos uincire catena 25
 uelles, ut numquam solueret ulla dies!

7 lassos ω, corr. ζ; cf. enim 1,10,7 labentes... ocellos 8 lente]
 lecte N F V² 9-10 post u. 2 transt. Otto 10 post hunc uersum
 lac. pos. Hetzel 16 cupidae Baehrens : nudus Rossberg :
 nitidae Palmer; tradita deff. Enk Comm. crit. 115sq., E. Reit-
 zenstein Wirl. 77 17 praetendens ζ; pertendens animo idem
 ualet atque obstinata: cf. Varr. ling. 5,2 in quo non debet per-
 tendi et pertenditur, pertinaciam esse cubares ω, corr. ζ; cf.
 Neue-Wagener III 375 20 ostendes in ras. ex ostendens N
 22 hoc P Δ; cf. Ouid. epist. 12,211 23-28 del. Jachmann;
 sed cf. E. Reitzenstein Wirl. 79. 85sq.; Sh. Bailey 92 25-26
 om. P (suppl. in mg. ead. man.) 26 uellet ut F (corr. F⁴) :
 uellent (sc. fata) ut Burnan : uellet uti Baehrens (prob. Hous-
 man Class. Pap. 297); sed nihil mutandum: cf. enim uu. 24 et
 27 (tibi), Enk RCCM 2 (1960) 124sq.

exemplo iunctae tibi sint in amore columbae,
 masculus et totum femina coniugium.
 errat, qui finem uesani quaerit amoris:
 uerus amor nullum nouit habere modum. 30
 terra prius falso partu deludet arantis,
 et citius nigros Sol agitabit equos,
 fluminaque ad caput incipient reuocare liquores,
 aridus et sicco gurgite piscis erit,
 quam possim nostros alio transferre dolores: 35
 huius ero uiuus, mortuus huius ero.
 quod mihi si (in)te(r)dum talis concedere noctes
 illa uelit, uitae longus et annus erit.
 si dabit et multas, fiam immortalis in illis:
 nocte una quiuis uel deus esse potest. 40
 qualem si cuncti cuperent decurrere uitam
 et pressi multo membra iacere mero,
 non ferrum crudele neque esset bellica naui,
 nec nostra Actiacum uerteret ossa mare,
 nec totiens propriis circum oppugnata triumphis 45
 lassa foret crinis soluere Roma suos.

27 uinctae N F (corr. F⁴) Vo sunt Vo 28 tutum *Liuius* :
 fidum *Cornelissen*; totum *improbat Phillimore CIR 28 (1914) 9*;
iure def. Sh. Bailey 93, coll. Cic. Tim. 17; Sen. dial. 5 (= de ira
3), 3; nat. 2, 4, 2; Quint. inst. 1, 10, 8; Stat. silu. 1, 3, 41; Flor. epit.
1, 18, 11 35 possit N dolores] calores g, prob. Giardina 155;
sed cf. 1, 10, 13, Löfstedt Verm. Stud. 115 37-40 del. Jach-
mann; cf. tamen E. Reitzenstein Wirkl. 82sq. 37 interdum]
tecum ω (quo probato illa in uita mut. Bury Hermath. 22 [1896]
314) : secum P² : interea Postgate : tantum Camps; corr. Hous-
man (prob. Sh. Bailey 94) 38 uitae] certe Helm; sed cf. R.
Reitzenstein Herm. 47 (1912) 101 39 et] haec ω (cf. fortasse u.
38 illa) : hinc Baehrens : heu Camps; corr. Sh. Bailey 94 41
cuperent] uellem F (corr. F⁴) P : uellent D² 43 esset neque
D V; sed cf. Housman Class. Pap. 297 44 uerteret ω; sed cf.
Verg. Aen. 6, 362, Enk II 2, 225

haec certe merito poterunt laudare minores:
 laeserunt nullos pocula nostra deos.
 tu modo, dum lucet, fructum ne desere uitae!
 omnia si dederis oscula, pauca dabis. 50
 ac ueluti folia arentis liquere corollas,
 quae passim calathis strata natate uides,
 sic nobis, qui nunc magnum spiramus amantes,
 forsitan includet crastina fata dies.

16

Praetor ab Illyricis uenit modo, Cynthia, terris,
 maxima praeda tibi, maxima cura mihi.
 non potuit saxo uitam posuisse Cerauno?
 a, Neptune, tibi qualia dona darem!
 nunc sine me plena fiunt conuiuia mensa, 5
 nunc sine me tota ianua nocte patet.
 quare, si sapis, oblatas ne desere messis
 et stolidum pleno uellere carpe pecus;

47 nec ω : me V² : nos *Baehrens, corr. N² F⁴* 48 pocula]
 lumina Vo : proelia uel oscula *Fontein*; *sed recte interpretatur*
Passerat: 'nulla in conuiuio numina uiolauimus periuriis et im-
piis uerbis'; cf. etiam Sh. Bailey 94 49 licet F (corr. F⁴) Δ :
licitum est P : licet hunc P² : liceat g : licet (o) L. Müller, prob.
Housman Class. Pap. 321 (cf. 2, 1, 48); licet defendere conatus
est Housman Class. Pap. 321, coll. 1, 19, 25, Petron. 34, 10; sed
lucet tuentur u. 24 et Catull. 5, 5sq., ubi breuis lux de uita dicitur
50 omnia, si, dederis, oscula pauca dabis sic dist. Rothstein; sed
cf. Leo Kl. Schr. II 194, Enk Mn S. III 8 (1940) 321 51 at
ueluti F Δ; sed cf. 2, 3, 47; 3, 15, 31; Tränkle 46 53 sic magnum
nobis nunc qui N speramus ω, corr. Turnebus; cf. app. ad
1, 3, 7, K.-St. I 281 54 inducet g

16 ad cinthiam de (a)emulo F D V : ad cinthiam de aemulo
 admisso P

deinde, ubi consumpto restabit munere pauper,
 dic alias iterum nauiget Illyrias! 10
 Cynthia non sequitur fascis nec curat honores;
 semper amatorum ponderat una sinus.
 at tu nunc nostro, Venus, o succurre dolori,
 rumpat ut assiduis membra libidinibus!
 ergo muneribus quibus mercatur amorem? 15
 Iuppiter, indigna mercede puella perit.
 semper in Oceanum mittit me quaerere gemmas
 et iubet ex ipsa tollere dona Tyro.
 atque utinam Romae nemo esset diues, et ipse
 straminea posset dux habitare casa! 20
 numquam uenales essent ad munus amicae,
 atque una fieret cana puella domo;
 numquam septenas noctes seiuncta cubares,
 candida tam foedo brachia fusa uiro;
 non quia peccarim (testor te), sed quia uulgo 25
 formosis leuitas semper amica fuit.

11-12 del. Carutti, post u. 16 transt. Fontein; quo probato nouam eleg. a u. 15 inc. Sandbach PCPhS N. S. 5 (1958-9) 3-5; elegiam unam esse ostendit Cairns Gen. Comp. 206-208 12 una] illa D Vo V² (ex illea), def. Housman Class. Pap. 285; cf. tamen 2,3, 29; 2,9,32 et quae fuse disputat Camps II 132 13-14 post u. 28 transt. Housman, qui uu. 17-18 post u. 12 transt. 15 amicum F P D² 16 (indignum!) §; de adiect. indignus i. q. indigne cf. Ouid. met. 10,723 indignis percussit pectora palmis et Sh. Bailey 95 17 me mittit P 18 ipso ω, corr. § 23 numquam] non quia ω : nunc quia Havet : nec iam Risberg (sed cf. Sh. Bailey 95), corr. Palmer seiuncta N : semucta F (corr. F³) : se uincta Vo cubaris N P Δ F⁴ : cubabis F, corr. §; intellege, cum Enk II 2,237: 'numquam seiuncta a me cubares tam foedum hominem amplexa; quod facis non quia peccarim (testor te), sed quia formosae semper infideles sunt'

barbarus excussis agitat uestigia lumbis
 et subito felix nunc mea regna tenet!
 aspice quid donis Eriphyla inuenit amaris,
 arserit et quantis nupta Creusa malis! 30
 nullane sedabit nostros iniuria fletus?
 an dolor hic uitii nescit abesse tuis?
 tot iam abiere dies, cum me nec cura theatri
 nec tetigit Campi, nec mea mensa iuuat.
 'At pudeat'. certe, pudeat! nisi forte, quod aiunt, 35
 turpis amor surdis auribus esse solet.
 cerne ducem, modo qui fremitu compleuit inani
 Actia damnatis aequora militibus:
 hunc infamis amor uersis dare terga carinis
 iussit et extremo quaerere in orbe fugam. 40
 Caesaris haec uirtus et gloria Caesaris haec est:
 illa, qua uicit, condidit arma manu.

27 excussis] exclusit N : exclusis F P Δ (def. Thörnell Er 25 [1927] 217sq., qui exclusis lumbis i. q. 'sublatis ... h. e. enectis uel eneruatis' interpretatur: sed cf. Enk II 2,238) : exutis Sandbach, corr. §; u. 27 multis modis interpretati sunt uiri docti; iure indicauisse censeo Camps II 133, coll. 4,5,51sq., Tib. 2,3,59sq. 29-30 post u. 18 transt. Hailer, post u. 22 aut u. 26 Otto, post u. 36 Richmond, post u. 46 Carutti 29 amari Rossberg 32 ah Lachmann obesse §, prob. Giardina 157; fort. recte: de iunctura cf. tamen 2,5,10 si dolor afuerit; bene uertit Enk II 2,240: 'an semper, quamuis magno dolore uexer, uitiosae tibi seruiam?' suis ω : nouis Baehrens, corr. § 34 mensa] musa §; sed cf. Catull. 50,9, Val. Fl. 8,162sq. 35 ac P : ah D V : ha Vo sic dist. Luck RhM 105 (1962) 340; contra alii at pudeat, certe pudeat! alii at pudeat certe, pudeat interpungunt 39 nunc Vo infamis] insanus F (corr. F⁴) P 41-42 hic alienos esse censet Fontein; post 3,11,38 transt. Housman, post 3,22,22 Butler; cf. tamen Sh. Bailey 96, Enk II 2,243

sed quascumque tibi uestis, quoscumque smaragdos,
 quosue dedit flauo lumine chrysolithos,
 haec uideam rapidas in uanum ferre procellas: 45
 quae tibi terra, uelim, quae tibi fiat aqua.
 non semper placidus periuros ridet amantis
 Iuppiter et surda neglegit aure preces.
 uidisti[s] toto sonitus percurrere caelo,
 fulminaque aetheria desiluisse domo? 50
 non haec Pleiades faciunt neque aquosus Orion,
 nec sic de nihilo fulminis ira cadit;
 periuras tunc ille solet punire puellas,
 deceptus quoniam fleuit et ipse deus.
 quare ne tibi sit tanti Sidonia uestis, 55
 ut timeas, quotiens nubilus Auster erit.

17

Mentiri noctem, promissis ducere amantem,
 hoc erit infectas sanguine habere manus!

44 flauos FP Δ (corr. V²); cf. Plin. nat. 37,126 hyacinthos Aethiopia mittit et chrysolithos aureo fulgore tralucentes, Sidon. carn. 11, 20 postes chrysolithi fuluus diffulgurat ardor 46 fiet NF P V² 49 uidistis ω: audisti uel audistin Heinsius, corr. ζ; Cynthia alloquitur Propertius 50 (a)etherea ω, corr. ζ interrogationis notam in fine uersus pos. Luck 53 ipse P V²

17 de exclusionem FPDV 1-4 antecedenti carmini coniunxerunt Scaliger et Rothstein 1 487; quos probat W. A. Baehrens Ph 72 (1913) 271, cum 'in carmine decimo septimo submissee queratur poeta de acerba amantis fortuna. Contra in uu. 1-2 minatur Propertius, periuriis suis ne deos irriter monens puellam': cf. tamen Leo Kl. Schr. II 203 et Ites 33, cuius sententia cum carmen XVI et de interrupto amore et de praetoris muneribus, quae amorem turbant, agat, ea res u. 56 absoluitur nec 17,1-4 quicquam addunt 1 mentiris D Vo ducere] fallere D V²; de ducere i. q. decipere cf. exempla ap. ThLL V 1,2145,83sq. 2 erat ζ

horum ego sum uates, quotiens desertus amaras
 expleui noctes, fractus utroque toro.
 uel tu Tantalea moueare ad flumina sorte, 5
 ut liquor arenti fallat ab ore sitim;
 uel tu Sisypnios licet admirare labores,
 difficile ut toto monte uoludet onus;
 durius in terris nihil est quod uiuat amante,
 nec, modo si sapias, quod minus esse uelis. 10
 quem modo felicem inuidia admirante ferebant,
 nunc decimo admittor uix ego quoque die.
 nunc iacere e duro corpus iuuat, impia, saxo,
 sumere et in nostras trita uenena manus;
 nec licet in triuiis sicca requiescere luna, 15
 aut per rimosas mittere uerba fores.

4 post hunc uersum 2,22,43-50 transt. Housman fractus] iactus Heinsius: stratus Keil; fractus idem ualet atque amore fractus: cf. 2,34,34 magno fractus amore, 3,21,33 non turpi fractus amore 6 ut] uel Δ ab] in Heinsius; supple tamen cadens et cf., cum Sh. Bailey 278, Verg. Aen. 1,114sq. ingens a uertice pontus / in puppem ferit, Stat. Theb. 7,337 mixtos expauit ab inguine pisces 13-14 post u. 16 transt. Lachmann, post u. 2 Housman (prob. Camps II 136); traditum uersuum ordinem def. Helm PhW 54 (1934) 788, quem refellit Enk II 2,251. Qui uersuum ordinem mutant uitium irrepsisse censent, quod u. 12 et u. 13 ab eadem uoce (nunc) incipiunt. Nuperrime tamen traditum ordinem recte, mea sententia, def. Cairns Univ. Liverpool Inaug. Lect. Ser. 1975,18-20, qui de nexu iuuat (i. q. libet) ... nec licet confert Epist. Sapph. 133sq. ulteriora pudet narrare, sed omnia fiunt, / et iuuat et sine te non licet esse mihi 13 nec Pocchus iubet Lachmann; sed cf. Ouid. epist. 2,139sq. saepe cruenta / traiectionem gladio morte perire iuuat 14 in nostram ... necem Camps, prob. Giardina 159 (fort. recte) tetra P; sed uerbum terere de uenenis parandis dictum iure tuetur Sh. Bailey 97, plurimis exemplis nisus 15 nunc licet ζ: nunc libet Guyet (prob. Giardina 159): nec libet Otto; nec licet iure def. Cairns Univ. Liverpool Inaug. Lect. Ser. 1975,18-20

quod quamuis ita sit, dominam mutare cauebo:
tum flebit, cum in me senserit esse fidem.

18a

Assiduae multis odium peperere querelae:
frangitur in tacito femina saepe uiro.
si quid uidisti, semper uidisse negato!
aut si quid doluit forte, dolere nega!
quid mea si canis aetas can(d)esceret annis, 5
et faceret scissas languida ruga genas?
at non Tithoni spernens Aurora senectam
desertum Eoa passa iacere domo est:

18a ad cynthiam (ci-) F D V : ad amicam improprio quod ipsum demiserit. demum se illi in fratrem et filium offert P 1-4 priori elegiae coniungit Scaliger, praepetori tribuit Waardenburgh, hic alienos esse censet Hetzel 1-22 priori elegiae coniungit Rothstein 1 488, cuius sententia u. 5 cum elegiae XVII argumento aptissime congruit. Scaligeri sententiam refutat Ites 34, qui ostendit elegiae XVIII initium cum XVII fine quadrare non posse: in XVII enim de fide perpetua sermo est, quae poetam puellam suam mutare uetat; in XVIII 1-4 melius esse tacere quam semper queri Propertius dicit. Praeterea uu. 17-18 optime elegiae XVII finem facere ostendit Cairns Univ. Liverpool Inaug. Lct. Ser. 1975,20 3 quod FP 5-22 a prioribus separat Rossberg, fragmentum esse ratus; uu. 1-22 unam facere elegiam censet Enk Comm. crit. 127 (cf. etiam Lat. 15 [1956] 190-192): in uu. 1-4 Propertius, amoris praepetoris uice fungens, amicum adloquitur; contra in uu. 5-22 ad Cynthiam se conuertit; cf. etiam Ites 34 5 quid mea] quid si iam FP Δ canesceret N (fort. recte: cf. enim ThLL III 250,5sq.) : mea caneret FP Δ (caneat V² in mg.), corr. Heinsius; cf. Tib. 1,10,43 liceatque caput candescere canis (sc. capillis) et uide Leo RhM 35 (1880) 447 6 faciat ε : laceret Giardina (coll. Ouid. trist. 3,3,51) parce tamen lacerare genas, nec scinde capillos; de facere + part. perf. cf. H.-Sz. 392 7 at] an ω, corr. V² 8 est? dist. N

illum saepe suis decedens fouit in ulnis
quam prius abiunctos sedula lauit equos; 10
illum ad uicinos cum amplexa quiesceret Indos,
maturos iterum est questa redire dies;
illa deos currum conscendens dixit iniquos,
inuitum et terris praestitit officium.
cui maiora senis Tithoni gaudia uiui 15
quam grauis amisso Memnone luctus erat.
cum sene non puduit talem dormire puellam
et canae totiens oscula ferre comae.
at tu etiam iuuenem odisti me, perfida, cum sis
ipsa anus haud longa curua futura die. 20
quin ego deminuo curam, quod saepe Cupido
huic malus esse solet, cui bonus ante fuit.

9-10 post u. 12 transt. Hertzberg 9 discedens ε : descendens Markland; sed cf. Verg. georg. 1,450 (Sol) emenso cum iam decedit Olympo in ulnis] in undis NP Δ F³ (def. Butler 208, coll. Hom. Il. 19,1sq.) : budis F, corr. ε; cf. Catull. 17,11sq. nec sapit pueri instar / bimuli tremula patris dormientis in ulna 10 cum (quom Richards) prius Burman : nec prius Postgate; intellege quam = potius quam et cf. H.-Sz. 593; perperam quam prius pro priusquam accipiunt B.-B. 221: cf. enim Housman Class. Pap. 633. 1235 aduinctos N : adiunctos Δ : om. FP (adiunctos add. F⁴ et P alio atramento), corr. Scaliger; tradita defendi non posse censeo, nisi forte cum Hertzberg lauit et adiunxit interpretemur, hysteron proteron admittentes 11 illa Δ (corr. V²) 12 iterum] uerum P 13-14 post u. 8 transt. Burman 13 iniquos] in equos N (corr. ead. man.) 15 cui] qu(a)e Δ : quoi V² 20 haud] aut ω, corr. F³ 21-22 post u. 4 transt. Scaliger, post u. 16 Tremeneere 22 huic] nunc FP Δ (corr. F³ V²); cf. Housman Class. Pap. 279 cui] qui Δ (corr. V²) : quoi ε

18b

Nunc etiam infectos demens imitare Britannos,
 lud's et externo tincta nitore caput?
 ut natura dedit, sic omnis recta figura est: 25
 turpis Romano Belgicus ore color.
 illi sub terris fiant mala multa puellae,
 quae mentita suas uertit inepta comas!
 an si caeruleo quaedam sua tempora fuco 31
 tinxerit, idcirco caerulea forma bona est?
 32
 deme: mihi per te poteris formosa uideri; 29
 mi formosa sat es, si modo saepe uenis. 30
 cum tibi nec frater nec sit tibi filius ullus, 33
 frater ego et tibi sim filius unus ego.

18b 23-38 *separ. Kuinoel; quod adinet ad particulam nunc in carminis initio cf. 1,6,1; 1,19,1; Tränkle 159* 23
 mutare F Vo 24 laedis *Kraffert (coll. 1,2,5 naturaeque decus mercato perdere cultu): uadis Housman; sed cf. Sh. Bailey 97, qui ludis recte interpretatur (i. q. lasciuus, nullo erotico sensu admisso), coll. Plin. nat. 9,88 et Paul. Petric. 3,154 hesterno V²*
 25 tecta V² (*prob. Luck*); *sed de rectus i. q. pulcher, uenustus cf. 2,34,4 despicit et magnos recta puella deos, Catull. 86,1sq. Quintia formosa est multis. Mihi candida, longa, / recta est est om. F (add. F⁴) P* 31-32 *post u. 24 transt. Scaliger, post u. 26 Lachmann, post u. 28 Baehrens (prob. Enk Mn S. IV 9 [1956] 149-151)* 31 *an] at V² fuco P: succo Δ (corr. V²)* 29-30
post. u. 24 transt. Housman 29 *de me F Δ: post deme dist. N mi Δ de me nil ε: desine; mi Baehrens; deme (sc. fucum) optime quadrat; si quis uersuum ordinem traditum seruare uelit, ei ad desine confugiendum per te] certe ω, corr. Bosscha; cf. enim Lachmann 168: 'satis plene et otiose loquitur de me, mi certe: alterum uero poteris formosa uideri aut breuiter nimis, cum deberet dicere inornatam quoque sibi Cynthia formosam uideri, aut iterum otiose, cum sequatur mi formosa sat es'* 30
sat es] satis ω, corr. Heinsius 33-34 *hic alienos esse censet Housman (fort. recte: cf. tamen Enk II 2,261):* 33-38 *fragmentum alius carminis esse censet Jacob*

ipse tuus semper tibi sit custodia lectus, 35
 nec nimis ornata fronte sedere uelis.
 credam ego narranti, noli committere, famae:
 et terram rumor transilit et maria.

19

Etsi me inuito discedis, Cynthia, Roma,
 laetor quod sine me deuia rura coles.
 nullus erit castis iuuenis corruptor in agris,
 qui te blanditiis non sinat esse probam;
 nulla neque ante tuas orietur rixa fenestras, 5
 nec tibi clamatae somnus amarus erit.
 sola eris et solos spectabis, Cynthia, montis
 et pecus et finis pauperis agricolae.
 illic te nulli poterunt corrumpere ludi
 fanaque, peccatis plurima causa tuis. 10
 illic assidue tauros spectabis arantis
 et uitem docta ponere falce comas;

35 iste V² 37 *sic dist. Haupt: ego narranti: uel ego: narranti dist. ε contemnere Damsté; sed de committere absol. usurpato i. q. peccare cf. ThLL III 1910,48sq.* 38 *terras Guyet (probb. B.-B. 223, coll. 2,26,52); sed cf. 2,24,21, Cic. nat. deor. 2,161, Tusc. 5,51 et Sh. Bailey 99*

19 *ad cynthiam (ci-) F D V: ad cinthiam abeuntis roma rus P* 1 *et sine me Δ, quo probato interrogationis signum post Roma pos. Burman* 2 *colis ω, corr. ε; cf. Enk Comm. crit. 131* 4 *sinet Δ probam] meam Δ (corr. D² V²); prob. Housman Class. Pap. 321, coll. 1,11,7sq.; 2,8,5sq.; Catull. 8,17; Ouid. am. 3,12,5sq.; sed nihil mutandum: de adiectiuo probus in sermone amatorio cf. Pichon Ind. uerb. amat. 240* 5 *ulla ε, prob. Housman Class. Pap. 33; sed cf. Hand Turs. IV 131sq.* 7 *expectabis N* 9 *nullij nudi F (corr. F³: quod non F⁴) P* 12 *docta] adducta Heinsius; cf. Mart. 6,73,1*

atque ibi rara feres inculto tura sacello,
 haedus ubi agrestis corruebat ante focos;
 protinus et nuda choreas imitabere sura, 15
 omnia ab externo sint modo tuta uiro.
 ipse ego uenabor: iam nunc me sacra Dianae
 suscipere et Veneri(s) ponere uota iuuat.
 incipiam captare feras et reddere pinu
 cornua et audaces ipse monere canis; 20
 non tamen ut uastos ausim temptare leones
 aut celer agrestis comminus ire sues.
 haec igitur mihi sit lepores audacia mollis
 excipere et structo figere auem calamo,

14 ibi Δ 18 ueneri ω (prob. Enk II 2,265), corr. cod. Voss. Lat. O 81; cf. 4,1,101, Verg. Aen. 11,4 et nuperrime Conte, *St. Traglia I, Romae 1979*, 394 19 reddere] flectere Ayrmann: prendere Burman: figere Enk; sed reddere pinu cornua idem ualet atque cornua ferarum adfigere pinui, cui debentur ut munera Dianae promissa; cf. 2,28,60 munera Dianae debita redde choros 20 mouere F P Δ; sed cf. Ouid. met. 10,535sq. per iuga, per siluas dumosaque saxa uagatur / ... hortaturque canes, epist. 4,41sq. in nemus ire libet pressisque in retia ceruis / hortari celeris per iuga summa canes; uide praeterea Housman Class. Pap. 253, Sh. Bailey Att. III 243 21 ut] aut Ferrarii liber teste Kuinoel, probb. Rossberg Lucubr. Prop. 15, Hetzel 22: cf. tamen Ouid. epist. 5,83sq. non tamen ut Priamus nymphae socer esse recuset / aut Hecubae fuerim dissimulanda nurus 24 excipe N stricto ω, corr. ζ; stricto deff. Crusius Herm. 21 (1886) 490, Foster ClPh 2 (1907) 213-215, Rothstein I 488; sed recte iam uiderat Salmasius, Plinianae exercitationes in C. Iulii Solini Polyhistora, Traiecti ad Rhenum 1686, 765: 'non de sagitta hic intellegit Propertius, sed de calamo aucupatorio uel crescente arundine quae aues tangebatur ac ueluti fixas uinctasque capiendas dabat. Non stricto igitur sed structo legendum': cf. enim Sil. 7,674-676 ut qui uiscatos populatur harundine lucos, / dum nemoris celsi procera cacumina sensim / substructa certat tacitus contingere meta et Sh. Bailey 100sq.

qua formosa suo Clitumnus flumina luco 25
 integit et niueos abluit unda boues.
 tu quotiens aliquid conabere, uita, memento
 uenturum paucis me tibi Luciferis.
 hic me nec solae poterunt auertere siluae
 nec uaga muscosis flumina fusa iugis, 30
 quin ego in assidua mutem tua nomina lingua:
 absenti nemo non nocuisse uelit.

25 loco F (corr. F¹) P (corr. ead. man.) 26 unda] amne Markland boues] pedes Δ (corr. V²), coll. fortasse 1,20,8; 4,11,16, ut censet Housman Class. Pap. 297; cf. tamen Verg. georg. 2,146sq. hinc albi, Clitumne, greges et maxima taurus / uictima, saepe tuo perfusi lumine sacro, Sil. 4,545sq. patulis Clitumnus in aruis / candentis gelido perfundit flumine tauros, Stat. silu. 1,4,129 aut praestent niueos Clitumna noualia tauros 27-28 post u. 32 transt. Peiper; cf. tamen Cairns Gen. Comp. 239 29 hic] sic ω: set Munro (prob. Housman Class. Pap. 33), corr. Passerat; sic (i. e. tantopere) def. Enk II 2,269, coll. Cic. fam. 6,9,1 (Caecinam) sic semper dilexi, ut non ullo cum homine coniunctius uiuerem (ubi sic... ut non = sic... quin; cf. tamen app. ad loc.); cf. etiam Camps II 144; sed aduerbio hic (sc. Romae) usus, poeta apte opponit in carminis fine statum suum Cynthiae condicioni; quod iam in elegiae initio fecerat (uu. 1-2) me nec] nec te P: ne F (me s. l. F³) 30 haec Δ fuscis F P (corr. F³ P²) 31 mussem Palmier (cf. contra Sh. Bailey 101): uitem Burnan: motem Hertzberg: metuam Jacob (probb. Sandbach ClQ 55 [1962] 263sq., Camps II 144, Wistrand 58sq.); tradita def. Sh. Bailey 101, qui mutem i. q. iterem interpretatur, coll. Stat. Theb. 2,599sq. lasso mutata Pyramone temnens / fulmina; cf. etiam Passerat, qui sic uertit: 'quo minus uarie te et continuo appellem, mutatis uerbis: mea Cynthia, mea uita, mea uoluptas' et ThLL VIII 1725,79sq. 32 non] iam Floril. Paris. 15155 (cf. Robathan ClPh 33 [1938] 194): ne ζ (uide Löfstedt Synt. II 213): mi Paley dub.; sed de non = ne cf. Catull. 66,91; Prop. 1,8,13; 3,15,1; Wackernagel Vorl. II 259, H.-Sz. 804, Tränkle 2 adn. 6 et nuper Cairns Daube nost. 4-6

20

Quid fles abducta grauius Briseide? quid fles
 anxia captiua tristius Andromacha?
 quidue mea de fraude deos, insana, fatigas?
 quid quereris nostram sic cecidissem fidem?
 non tam nocturna uolucris funesta querela 5
 Attica Cecropiis obstreperat in foliis,
 nec tantum Niobe, bis sex ad busta superba,
 sollicito lacrimans defluit a Sipylo.
 mi licet aeratis astringant brachia nodis,
 sint tua uel Danaes condita membra domo, 10
 in te ego et aeratas rumpam, mea uita, catenas,
 ferratam Danaes transiliamque domum.

20 ad cynthiam DV : priori coniungunt FP (dist. Frec prec)
 7 superbe ω : superne Lachmann (prob. Sh. Bailey 103), corr.
 cod. Paris. 8458; cf. Enk II 2,272, qui sic uertit: 'Niobe, in
 conspectu bis sex bustorum superba manens' Niobae ... su-
 perbae ζ : Niobae ... superstes Leo 8 lacrimas N (def. W. A.
 Baehrens Ph 72 [1913] 271sq.; sed defluere ante Ambrosium trans-
 itive numquam usurpatur) : lacrimae Heinsius (cf. tamen Roth-
 stein I 488, qui tantum lacrimae pro tantum lacrimarum iure
 refellit) lacrima sollicito Phillimore sollicito lacrimans
 defluit os Sipylo Housman depluit Scaliger; sed cf. Rothstein
 I 488 9 me ω, corr. ζ; me re uera defendi potest, si brachia
 relationis accusatiuum putamus: cf. tamen Plaut. Capt. 667 astrin-
 gite isti sultis uehementer manus astringat Δ : destringant
 Heinsius : astringas Baehrens 10 tua] mea ω, corr. Santen;
 Cynthiam in Danaes turri inclusam fingit Propertius uel] nec
 FD (corr. F⁴ D²) danes NV F⁴ : damnes PD Vo : demes F,
 corr. ζ domo] modo Vo D² V² 11 et aeratas] ferratas P Δ 12
 stasiliamque ND Vo P² V² : stas iliamque FP V, corr. V²; Da-
 naes enim domus muro circumdabatur, ut ostendit 2,32,59 nec
 minus aerato Danae circumdata muro

de te quodcumque, ad surdas mihi dicitur auris:
 tu modo ne dubita de grauitate mea.
 ossa tibi iuro per matris et ossa parentis 15
 (si fallo, cinis heu sit mihi uterque grauis!)
 me tibi ad extremas mansurum, uita, tenebras:
 ambos una fides auferet, una dies.
 quod si nec nomen nec me tua forma teneret,
 posset seruitium mite tenere tuum. 20
 septima iam plenae deducitur orbita lunae,
 cum de me et de te compita nulla tacent:
 interea nobis non numquam ianua mollis,
 non numquam lecti copia facta tui.
 nec mihi muneribus nox ulla est emptas beatas: 25
 quidquid eram, hoc animi gratia magna tui.
 cum te tam multi peterent, tu me una petisti:
 possum ego naturae non meminisse tuae?

14 grauitate] probitate Markland; sed nihil mutandum, seu
 grauitas idem ac σεμνότης ualet seu cum Enk II 2,275 pro fide
 atque constantia usurpatur 15 matris] patris ζ parentis]
 paterna Hoeufft (cf. etiam Housman Class. Pap. 1237); uide
 contra Sil. 12,589sq. sat matres stimulant natiue et cara supi-
 nas / tendentum palmas lacrimantiaque ora parentum, CLE
 475,1sq. B. pietate parentis / cum simul et matre aliaque
 exempla a Sh. Bailey 103 allata 16 fallo ex falso N 19 quid
 si Δ 20 possem Δ (corr. V²) 21-24 hic alienos esse censet
 Baehrens, del. Otto : post u. 32 transt. Carutti : a u. 21 nouum
 carmen inchoant codd. dett. 23-24 non umquam ... non
 umquam N Δ (corr. V²) : numquam non ... numquam non
 Keil; sed cf. Housman Class. Pap. 297 25-26 om., deinde in
 mg. suppl. P 28 possim (Guyet) egone ah curae Heinsius :
 possum ego nunc curae Suringar (prob. Sh. Bailey 104sq.); cur
 uox natura nude posita in bonam partem (i. e. mitis natura)
 accipi non possit (sic Sh. Bailey 104) intellegere nequeo. Recte
 interpretati sunt Enk II 2,278 (coll. Cic. Lig. 38) et Camps II 38

tum me uel tragicae uexetis Erinyes, et me
 inferno damnes, Aeace, iudicio, 30
 atque inter Tityi uolucris mea poena uagetur,
 tumque ego Sisyphio saxa labore geram!
 ne[c] tu supplicibus me sis uenerata tabellis:
 ultima talis erit, quae mea prima fides.
 hoc mihi perpetuo ius est, quod solus amator 35
 nec cito desisto nec temere incipio.

21

A quantum de me Panthi tibi pagina finxit,
 tantum illi Pantho ne sit amica Venus!
 sed tibi iam uideor Dodona uerior augur.
 uxorem ille tuus pulcher amator habet!
 tot noctes periere: nihil pudet? aspice, cantat 5
 liber: tu, nimium credula, sola iaces.

29 herynides Δ 31 poena uocetur uel locetur *Bury*: poena ligetur *Barber*; mea poena *idem ualeat atque* ego punitus, poena affectus: cf. 2,13,22 mors mea (= ego mortuus), 3,5,4 nostra sitis (= ego sitiens) 33 ne] nec ω, corr. *Camps*; *prohibitina uis inest in Propertii uerbis, quae cum praecedentibus non copulantur* labellis *Heinsius* 35 haec (ς) mihi perpetuo laus est *Housman*; sed recte mihi ius est interpretatus est *Paley* ('hanc legem habeo' uel 'hunc morem sequor'): cf. *Cic. rep.* 1,18 fuit enim hoc in amicitia quasi quoddam ius inter illos, *Ouid. rem.* 270 non poteris animi uertere iura tui *et de uoce* ius 'de natura, indole, moribus sim.' plurima exempla ap. *ThLL VII* 2,688,63-82 perpetuum *Lipsius*

21 ad cynthiam (ci-) de pantho *FDV*: ad cinthiam de pantho *riuali P*: *priori elegiae coniungit Scaliger* 3 hic incipit *L* uiliorς augur? *dist. Heinsius* 5 nihil] mihi *P* pudet *om. F (add. F⁴) LP (add. ead. man.)*

et nunc inter eos tu sermo es, te ille superbus
 dicit se inuito saepe fuisse domi.
 dispeream si quicquam aliud quam gloria de te
 quaeritur: has laudes ille maritus habet. 10
 Colchida sic hospes quondam decepit Iason:
 eiecta est (tenuit namque Creusa) domo.
 sic a Dulichio iuvene est elusa Calypso:
 uidit amatorem pandere uela suum.
 a nimium faciles aures praebere puellae, 15
 discite desertae non temere esse bonae!
 huic quoque, qui restet, iam pridem quaeritur alter:
 experta in primo, stulta, cauere potes.
 nos quocumque loco, nos omni tempore tecum
 siue aegra pariter siue ualente sumus. 20

22a

Scis here mi multas pariter placuisse puellas;
 scis mihi, Demophoon, multa uenire mala.

7 te *om. FLP* 8 dicet Δ 11 quondam] quando *N (corr. ead. man.: cf. Birt XXXIV)* 12 euectaς tenuit] tenuis ω, corr.ς; *supple eum, i. e. Iasonem; alii minus recte domum simul audiunt* domumς; *sed cf. Rossberg Lucubr. Prop. 33, qui uerba recte distinguens tradita iure defendit* 13 delusa Δ (*corr. V²*): *exclusaς; cf. ThLL V* 2,430,1sq. 17 hinc *F (corr. F⁴)* qui restat ω: si restat *V²*: quid restat? *Burman (prob. Rothstein I 345, Camps II 150)*: quod restat *Palmer (prob. Sh. Bailey 106, id. Att. V 367; at uide contra Enk II 2,283)*: quid sat erit? *Postgate, corr.ς*; huic = a Cynthia: cf. *Iunen. 6,45sq.* quid quod et antiquis uxor de moribus illi / quaeritur 18 potestς

22a ad heremum demopho(o)ntem *FV*: ad herenium (heremum *D*) demopho(o)ntem *LPD* 1 heremi (-y) ω, *dist.ς*

nulla meis frustra lustrantur compita plantis;
 o nimis exitio nata theatra meo,
 siue aliquis molli diducit candida gestu 5
 bracchia, seu uarios incinit ore modos!
 interea nostri quaerunt sibi uulnus ocelli,
 candida non tecto pectore si qua sedet,
 siue uagi crines puris in frontibus errant,
 Indica quos medio uertice gemma tenet. 10
 + + +
 quae si forte aliquid uultu mihi dura negarat,
 frigida de tota fronte cadebat aqua.
 quaeris, Demophoon, cur sim tam mollis in omnis?
 quod quaeris, 'quare', non habet ullus amor.
 cur aliquis sacris laniat sua bracchia cultris 15
 et Phrygis insanos caeditur ad numeros?
 unicuique dedit uitium natura creato:
 mi fortuna aliquid semper amare dedit.
 me licet et Thamyrae cantoris fata sequantur,
 numquam ad formosas, inuide, caecus ero. 20

3 meis] mihi F L P 5 aliqua in *Markland* deducit ω, corr. *Passerat*; cf. *ThLL* V 1,1016,29; 1018,27sq. 6 incit Δ : iucunt F : concinit et incipit F³ in mg.; de uoce uerbali incinere cf. *Tränkle* 70 7 nostri] quoniam F (corr. F⁴) L P D² 10 post hunc uersum lacunam statuit *Fontein*; uu. 11-12 enim cum praecedentibus nullo modo cohaerent, cum pronomen quae ad puellas, quarum in uu. 5-10 sermo est, pertinere non possit; adde praeterea ppf. negarat et impf. cadebat cum praesentibus non congruere 11-12 seclisit *Housman*, quem nonnulli edd. secuti sunt; post u. 2 transt. *Enk* (qui si quae pro quae si coni.), post u. 24 *Camps* 11 aliquis L; cf. *ThLL* I 1615,59sq. negarent F (corr. F⁴) L : negaret P : negarit ζ 14 quare] curae *Huschke* : 'quare' sic dist. *Lachmann*; cf. *Petron.* 37,4, *Prop.* 2,25,2, *H.-Sz.* 23 16 caeditur] quaeritur F D (corr. F³ D²) : frangitur P (corr. P²) 17 post natura dist. *Postgate*; sed cf. *Sh. Bailey* 107 18 aliquid] aliud *Burman* : aliquam *Heimreich* 19 sequ(a)entur Δ (corr. V²)

sed tibi si exilis uideor tenuatus in artus,
 falleris: haud umquam est culta labore Venus.
 percontere licet: saepe est experta puella
 officium tota nocte ualere meum.
 Iuppiter Alcmenae geminas requieuerat Arctos 25
 et caelum noctu bis sine rege fuit;
 nec tamen idcirco languens ad fulmina uenit:
 nullus amor uires eripit ipse suas.
 quid? cum e complexu Briseidos iret Achilles,
 num fugere minus Thessala tela Phryges? 30
 quid? ferus Andromachae lecto cum surgeret Hector,
 bella Mycenaeae non timuere rates?
 ille uel hic classis poterant uel perdere muros:
 hic ego Pelides, hic ferus Hector ego.
 aspice uti caelo modo sol modo luna ministret: 35
 sic etiam nobis una puella parum est.
 altera me cupidis teneat foueatque lacertis,
 altera si quando non sinit esse locum;
 aut si forte irata meo sit facta ministro,
 ut sciat esse aliam, quae uelit esse mea! 40

22 hoc numquam F (corr. F⁴) culta] fessa ζ : rupta *Ruhnken* : curta *Sh. Bailey* dub. (coll. *Iuuen.* 14,165; cf. *tamen Apul. met.* 5,10) 23 percunctere N : percunctare F L P; percunctere def. *Neumann* 43 adn. 3; cf. *tamen Enk* II 2,291, *Tränkle* 135 24 hospitium F (corr. F⁴) L P; cf. *Quid. am.* 3,7,24 ter Libas officio cōtinuata meost et *Tränkle* 164 29-32 quid? ... Phryges? / quid? ... rates? sic dist. *Broukhusius* 29 e om. F L P 30 non N Δ; cf. *Enk Comm. crit.* 138 31 e lecto *Hertzberg* (fort. recte) consurgeret N 33 calces F (corr. F⁴) L : casces P poterat F L P Δ illi uel classes poterant *Baehrens*, prob. *Housman Class. Pap.* 250 (fort. recte); cf. *tamen Camps* II 155 35-42 post u. 20 transt. *Richmond* 38 sinat Δ 39 ingrata ... cubili *Camps* meo] mero *Jacob* : mihi *Smyth*, coll. *Cic. Verr.* 2,3,21; at uide contra *Enk* II 2,296; tradita def. *Sh. Bailey* 108, coll. *Mart.* 9,22,11; 10,98,1sq., ubi minister = ser-

nam melius duo defendunt retinacula nauim,
tutius et geminos anxia mater alit.

22b

+ + +

aut, si es dura, nega: sin es non dura, uenito!
quid iuuat heu nullo ponere uerba loco?
hic unus dolor est ex omnibus acer amanti, 45
speranti subito si qua uenire negat.
quanta illum toto uersant suspiria lecto,
† cur recipi quae non nouerit ille uetat †
et rursus puerum quaerendo audita fatigat,
† quem quae scire timet quaerere fata iubet † 50
+ + +

uus. *Cur Propertius seruum suum nominet, nullo modo patet; quam ob rem in hexametro fortasse latet corruptela* 40 ut] tum Markland: at Heinsius; cf. tamen Tränkle 153

22b 43-50 separauerunt Itali: post 2,17,2 transt. Tremenhoe: post 2,17,4 transt. Housman: fragmentum maioris carminis esse iure censet Vahlen 44 quod F L P heu] et ω (def. Pasoli AVer S. VI 8 [1956-7] 111sq., qui et = etiam interpretatur): in uel ex ε: en Heinsius: ei Haupt: haec Brandt, corr. Rothstein; cf. etiam Wistrand 42 45-46 amanti speranti, sic dist. Luck 48 locus deperditus, qui nulla certa medicina sanari potest; tradita defendere conatus est Pasoli AVer S. VI 8 (1956-7) 113-116 cur] cum ε quae] cum V³: quem uel quam ε: quasi Markland nouerit] uenerit ε; prob. Sh. Bailey 289, qui AP 12,201 confert ille N F L P: illa Δ: ipse ε uetat] putat ε: necat Heyne: alii alia 50 om. N; uersus nondum sanatus quem quae F V²: qu(a)e quoque L P Δ: quamquam Korsch qu(a)erere F L P Δ: dicere ε: sciscere Luck fata F L: plura Δ P in ras. F⁴: furta Palmer (prob. Housman Class. Pap. 316): facta Baehrens iubet] iuuat F⁴: libet Heinsius post u. 50 lacunam statuit Lachmann

23

Cui fuit indocti fugienda et semita uulgi,
ipsa petita lacu nunc mihi dulcis aqua est.
ingenuus quisquam alterius dat munera seruo,
ut promissa suae uerba ferat dominae?
et quaerit totiens 'Quaenam nunc porticus illam 5
integit?' et 'Campo quo mouet illa pedes?',
deinde ubi pertuleris, quos dicit fama, labores
Herculis, ut scribat 'Muneris ecquid habes?',
cernere uti possis uultum custodis amari,
captus et immunda saepe latere casa? 10
quam care semel in toto nox uertitur anno!
a pereant, si quos ianua clausa iuuat!
contra, reiecto quae libera uadit amictu,
custodum et nullo saepta timore, placet;

23 de seruitute amoris F L D V: de seruitute amoris et ad cinthiam de suspicione riuialis P: priori elegiae coniungit Scaliger I qui N D V: ui Vo: quoi V² fuit] sic L V² fugiendi F³ et om. Δ: haec ε cui fugienda fuit indocti semita Housman, quem nonnulli edd. secuti sunt; tradita def. Palmer, qui et = uel interpretatur, sic uertens: 'etiam semitam qua utebatur uulgius Propertius dicit sibi fugiendam esse': quod esse absurdum, nullo modo mihi persuasit Housman Class. Pap. 286; de re recte indicant Camps II 159 et Giardina 166 3 quisquam] quamquam Δ (corr. V²): quisnam Heinsius 4 commissa ε (et Beroaldus): permissa Heinsius: praemissa Housman (prob. Camps II 159) uera Lachmann 8 scribas F Δ et quid F (corr. F⁴) L: h(a)ec quid Δ 9 cernere ut Allen auari ε; de adiectiuo amarus i. q. molestus cf. ThLL I 1822,77sq. 10 inmunda] in nuda Δ: in munda V² 11 uenditur Ayrmann; sed uertitur apte pro uoluitur usurpatur; cf. Lachmann Kl. Schr. 192, Rothstein I 489 12 quas ε 14 et del. Hemsterhuys placet? dist. N

cui saepe immundo Sacra conteritur Via socco, 15
 nec sinit esse moram, si quis adire uelit;
 differet haec numquam, nec poscet garrula, quod te
 astrictus ploret saepe dedisse pater,
 nec dicet: 'Timeo, propera iam surgere, quaeso:
 infelix, hodie uir mihi rure uenit.' 20
 et quas Euphrates et quas mihi misit Orontes,
 me iu[er]int: nolim furta pudica tori,
 libertas quoniam nulli iam restat amanti,
 nullus liber erit, si quis amare uolet.

24a

'Tu loqueris, cum sis iam noto fabula libro
 et tua sit toto Cynthia lecta foro?'

17 quod] qu(a)e F L P 21 hae quas Euphrates Lachmann 22
 iuuerint N : capiant F L P Δ, corr. Hertzberg; cf. enim de
 iuuerint cum u correpta Catull. 66,18, Leo RhM 35 (1880) 446,
 Housman Class. Pap. 250, Wackemagel Vorles. I 250 pu-
 denda Baehrens : pigenda Postgate 23-24 del. Plessis, post
 2,24,4 transt. Housman 24 si quis liber erit, nullus Foster :
 nullas, liber erit si quis Richmond; cf. tamen Cic. parad. 5,2 an
 ille mihi liber, cui mulier imperat, qui nihil imperanti negare
 audet? poscit, dandum est; uocat, ueniendum; eicit, abeundum;
 minatur, extimescendum et uide Thörnell, Symb. philol. O. A.
 Danielsson dicatae, Vpsaliae 1932, 359, Sh. Bailey 109

24a ad cinthiam F V² : priori coniungunt L P (hic est prin-
 cipium epistulae ad cinthiam de suspitione riuialis add. ^{pre})
 1-2 amico recte tribuit Carutti, Propertio secum loquenti Allen :
 1-4 amico tribuit Rothstein : 1-10 priori elegiae coniungit
 Scaliger : 1-16 priori elegiae coniungit Canter (cf. etiam
 Rothstein I 357sq.) 1 sit ω : sic P², corr. ζ

cui non his uerbis aspergat tempora sudor?
 aut pudor ingenuis aut retinendus amor.
 quod si iam facilis spiraret Cynthia nobis, 5
 non ego nequitiae dicerer esse caput,
 nec sic per totam infamis traducerer urbem,
 urer et quamuis, nomine uerba darem.
 quare ne tibi sit mirum me quaerere uilis:
 parcius infamant: num tibi causa leuis? 10

24b

+ + +

et modo pauonis caudae flabella superbae
 et manibus dura frigus habere pila

4 ingenuus ω : ingenuo (ingenui Phillimore) est Munro, corr.
 cum dett. Haupt (qui haut pudor ingenuis, haut reticendus amor
 legit) ingenuus? dist. F P reticendus ω (deff. Enk II 2,307,
 Camps II 162), corr. Baehrens; cf. Jacoby RhM 69 (1914)
 434sq. et quae fuse dilucideque disputat Sh. Bailey 112
 amor? dist. N F a pudor, ingenuus reiciendus amor Hous-
 man : a pudor! ingenuis iam reticendus amor Havet : alii alia
 5 iam] tam ω, corr. ζ; cf. Camps II 163 spirares cum dett. Sh.
 Bailey 8 ureret ω, corr. ζ nomine] non bene Housman; sed
 cf. Allen ClPh 45 (1950) 160; intellege non (e u. 6) nomine
 uerba darem i. e. non deceptoris nomen haberem et cf. Camps
 II 164; aliter interpretatur Enk II 2,308 non mihi (Palmer) ...
 daret Barber post nomine dist. nonnulli edd. 9-10 post u.
 14 transt. Scheidweiler 10 nunc Δ (corr. V²)

24b post u. 10 lac. stat. Baehrens : 11-16 post 2,23,8
 transt. Scaliger : nouae elegiae initium perisse censet Camps;
 elegiae unitatem deff. Mac Kay AJPh 89 (1968) 72-76, Felton
 ClR 87 (1973) 3-5 11 et] haec Lachmann : tu Sh. Bailey : sed
 Scheidweiler; sunt qui lacunam hic esse negent et Lachmanni

et cupit iratum talos me poscere eburnos,
 quaeque nitent Sacra uilia dona Via.
 a peream, si me ista mouent dispendia: sed me 15
 fallaci dominae iam pudet esse iocum!

24c

Hoc erat in primis quod me gaudere iubebas?
 tam te formosam non pudet esse leuem?
 una aut altera nox nondum est in amore peracta,
 et dicor lecto iam grauis esse tuo. 20
 me modo laudabas et carmina nostra legebas:
 ille tuus pennas tam cito uertit amor?
 contendat mecum ingenio, contendat et arte,
 in primis una discat amare domo!

coniecturam recipere malint, quam falso nisus argumento refellit
Enk II 2,308 ('modo postulat in praecedentibus alterum modo
uel interdum uel nunc, quod omitti non potest'; cf. Tränkle 15,
Pasoli Monob. 19). Sed alia eaque grauior obstat difficultas; lon-
ge aliud est enim uersuum 11-16 argumentum: in uu. 1-10 que-
ritur Propertius, propter suum erga Cynthiam amorem famosus,
puellam tam facilem in se quam meretrices non esse; hic contra
sermo est de Cynthia, uel de alia quadam femina, quae a Pro-
pertio plurima petit munera fabella N (corr. ead. man.) D²
caudam ... superbam Heinsius superbi Broukhuisius; sed cf.
Ouid. am. 2,6,55, Mart. 14,67,2 12 durae ... pilae Heinsius
(fort. recte)

13 iratum] interdum Phillimore; fort. recte: cf. enim 1,3,41-43
 modo ... rursus et ... interdum 15 sed me] si me ω, corr. ζ

24c 17 nouam elegiam inc. Canter; cf. Camps II 166 erit
 N; cf. Verg. Aen. 2,664sq. hoc erat, alma parens, quod me
 per tela, per ignes / eripis? 18 formosa L P 22 post hunc
 uersum lacunam posuit L. Müller

si libitum tibi erit, Lernaes pugnet ad hydras 25
 et tibi ab Hesperio mala dracone ferat,
 taetra uenena libens et naufragus ebibat undas
 et numquam pro te deneget esse miser:
 (quos utinam in nobis, uita, experiare labores!)
 iam tibi de timidis iste proteruus erit, 30
 qui nunc se in tumidum iactando uenit honorem:
 discidium uobis proximus annus erit.
 at me non aetas mutabit tota Sibyllae,
 non labor Alcidae, non niger ille dies.
 tu me[a] compones et dices 'Ossa, Properti, 35
 haec tua sunt? eheu tu mihi certus eras,
 certus eras eheu, quamuis nec sanguine auito
 nobilis et quamuis non ita diues eras.'
 nil ego non patiar; numquam me iniuria mutat:
 ferre ego formosam nullum onus esse puto. 40
 credo ego non paucos ista periisse figura,
 credo ego sed multos non habuisse fidem.
 paruo dilexit spatio Minoida Theseus,
 Phyllida Demophoon, hospes uterque malus.

27 taetra] terra F (corr. F⁴) L P : trita Heinsius; sed cf.
 Ps. Verg. dirae 23 mutant pestiferos aestus et taetra uenena
 edibat Δ (corr. V²) : imbibat Lachmann; sed cf. Apul. met.
 10,5, Phaedr. 1,20,5 28 nusquam Markland 31 in tumide
 F : tumide P; quo probato inuenit coni. Paley, prob. Housman
 Class. Pap. 321; cf. tamen Ouid. ars 1,715 tumidos accedere
 fastus et Tränkle 82 32 nobis F (corr. F⁴) L P 35-38 post u. 52
 transt. Carutti 35 tu mea ω : tum (ς) me Baehrens, corr.
 Porson; ego equidem non ignoro uocem ossa e sequentibus sup-
 pleri posse; quod tamen durius mihi uidetur, cum de Cynthiae
 uerbis agatur; tradita def. Sh. Bailey ClQ 39 (1945) 120, coll.
 Stat. Theb. 9,900 36-37 heu heu ... heu heu Δ 36 sunt? sic
 dist. Rothstein 38 non ita] nauita ω : haud ita Heinsius (sed
 cf. Axelson Unpoet. Wört. 91), corr. Pontanus 39 patior Δ
 (corr. V²) 41 peperisse F L

iam tibi Iasonia nota est Medea carina 45
 et modo seruato sola relictā uiro.
 dura est quae multis simulatum fingit amorem
 et se plus uni si qua parare potest.
 noli nobilibus, noli conferre beatis:
 uix uenit, extremo qui legat ossa die. 50
 hi tibi nos erimus: sed tu potius precor ut me
 demissis plangas pectora nuda comis.

25

Vnica nata meo pulcherrima cura dolori,
 excludit quoniam sors mea saepe 'ueni,'
 ista meis fiet notissima forma libellis,
 Calue, tua uenia, pace, Catulle, tua.

45 non tibi *Hetzel* nota est] uecta est *Heinsius* (prob. *Housman Class. Pap.* 286) 46 et] *en Unger*: heu *Hetzel* (prob. *Enk Comm. crit.* 152) seruato] ab infido P D V (corr. V³), prob. *Housman Class. Pap.* 286: fallaci Vo F³ D²: seruato om. F (add. F⁴) L; uide *Sh. Bailey ClQ* 41 (1947) 91, qui de seruato ἀπὸ κοινοῦ *Manil.* 1,492sq. confert 47-48 post u. 22 transt. *Rosberg*, post u. 32 *Scaliger*; sed cf. *Enk II* 2,313 49 te offerre *Heinsius*: te eferre *Havet* (non improbante *Sh. Bailey II* 113): consuesse *Damsté*; supple tamen me 51 hic ζ ; sed cf. *Rothstein I* 366 (hi = tales) in me ζ

25 ad amicam F: ad amicam iratam L D V: ad amicam iratam et ad riualem receptum P: priori elegiae coniungit *Scaliger* 2 ueni ex uenit N ante saepe dist. nonnulli, praeunte *Jacob* (cf. e. g. *Enk II* 2,317, *H.-Sz.* 23), post saepe recte dist. *cod. Paris.* 8233; cf. enim *Plaut. Cist.* 75 spissum istuc amanti est uerbum 'ueniet' nisi uenit excludi (*Scaliger*) ... uenit *Paldam* (quod probant nonnulli, qui de excluso amatore hic agi censent: non inepte quidem, si priscam codicis Neapolitani lectionem et uerbi excludere sensum proprium consideramus; cf. tamen *Rothstein I* 490 et excludit i. q. prohibet intellege): excludi ... uehit *Lachmann* (prob. *Housman Class. Pap.* 242)

miles depositis annosus secubat armis, 5
 grandaeuique negant ducere aratra boues,
 putris et in uacua requiescit naus harena,
 et uetus in templo bellica parma uacat:
 at me ab amore tuo deducet nulla senectus,
 siue ego Tithonus siue ego Nestor ero. 10
 nonne fuit satius duro seruire tyranno
 et gemere in tauro, saeue Perille, tuo?
 Gorgonis et satius fuit obdurescere uultu,
 Caucasias etiam si pateremur auis?
 sed tamen obsistam! teritur robigine mucro 15
 ferreus et paruo saepe liquore silex:
 at nullu(s) dominae teritur sub limine amator;
 restat et immerita sustinet aure minas.

5 annosus N (corr. ead. man.) Vo 8 palma F Vo D³; de armis in templorum parietibus affixis cf. *Verg. Aen.* 3,286sq.; sim. *Prop.* 4,3,71sq. 9 diducet ζ , fort. recte: cf. enim *ThLL V* 1,270,40, *Prop.* 2,7,3; uide tamen plurima exempla ap. *ThLL V* 1,276,80sq. 12 saeue] saepe ω , corr. ζ ; cf. *Ouid. trist.* 3,11,39-41 saeuior es tristi *Busiride*, saeuior illo, / qui falsum lento torruit igne bouem / quique bouem Siculo fertur donasse tyranno, *Plin. nat.* 34,89 *Perillum* nemo laudet saeuiozem *Phalaride* tyranno 15 obsita P² V² 17 nullo ω , corr. *Palmer* dominae] de me D (corr. D²) Vo V²: demens *Palmer* sub lumine F D V: sublumine Vo: sub crimine *Langermann*, probb. editoribus nonnullis (cf. e. g. *Enk II* 2, 321, *Camps II* 172); uide tamen exempla a *Rothstein I* 369 et a *Sh. Bailey II* 114 allata et cf. *ThLL VII* 2,1403,73sq. at nullo teritur, dominae *Rothstein*; cf. tamen *Leo Kl. Schr.* II 191 amator] amor qui ω , corr. *Heinsius* (prob. *Franz, Comment. philol. O. Ribbeck, Lipsiae* 1888, 531sq.); tradita defendunt nonnulli, et re uera defendi possunt; considera tamen hic tantummodo in *Propertii* carminibus hexametrum in monosyllabum exire; uide etiam *Norden Aen.* 449 18 perstat *Ayrmann* immeritas ζ ; sed cf. 4,5,16, *Stat. Theb.* 5,324

ultra contemptus rogat, et peccasse fatetur
 laesus, et inuitis ipse redit pedibus. 20
 tu quoque, qui pleno fastus assumis amore,
 credule, nulla diu femina pondus habet.
 an quisquam in mediis persoluit uota procellis,
 cum saepe in portu fracta carina natet?
 aut prius infecto deposcit praemia cursu, 25
 septima quam metam triuerit ante rota?
 mendaces ludunt flatus in amore secundi:
 si qua uenit sero, magna ruina uenit.
 tu tamen interea, quamuis te diligat illa,
 in tacito cohibe gaudia clausa sinu. 30
 namque in amore suo semper sua maxima cuique
 nescio quo pacto uerba nocere solent.
 quamuis te persaepe uocet, semel ire memento:
 inuidiam quod habet, non solet esse diu.
 at si saecula forent antiquis grata puellis, 35
 essem ego quod nunc tu: tempore uincor ego.

20 inuisis *Pearson*; sed cf. *Tib.* 2,6,13sq. iuravi quotiens rediturum ad limina numquam! / cum bene iuravi, pes tamen ipse redit ipse] resque *Sandström*; sed ipse defenditur a *Sh. Bailey* 114, qui *Verg. georg.* 3,316, *Varr. rust.* 3,7,6 adfert 21 pleno ex plenos N 22 credula F L P 26 ante] arte ς : axe **Burman*; de ante post prius repetito cf. *Verg. Aen.* 4,24sq. (quod tamen improbat *Sh. Bailey* 25, propter longum inter prius et ante interuallum), *Cypr. zel.* 4 et quae fuse disputant *Löfstedt Synt.* II 222, *H.-Sz.* 800 27 secundo ς , fort. recte 31 suo] nouo *Baehrens*: uiro *Camps*; sed cf. *Housman Class. Pap.* 53 33 nocet F L Δ (corr. F⁴ V²) simulare *Jacob*: semel isse *Barber*; cf. *Enk Comm. crit.* 154–156 35 at] et F (corr. F⁴): haec *Heinsius*; sed saecula idem esse ac mores iam *Vulpis intellexit*, sic uertens: 'at si nunc mores uigerent, qui priscorum temporum puellis grati erant'; cf. etiam *Sh. Bailey* 115, qui *Lucan.* 10,110 nondum translato Romana in saecula luxu adfert

non tamen ista meos mutabunt saecula mores:
 unus quisque sua nouerit ire uia.
 at, uos qui officia in multos reuocatis amores,
 quantus si(c) cruciat lumina nostra dolor! 40
 uidistis pleno teneram candore puellam,
 uidistis fusca(m): ducit uterque color;
 uidistis quandam Argiua prodire figura,
 uidistis nostras: utraque forma rapit;
 illaque plebeio uel sit sandycis amictu: 45
 haec atque illa mali uulneris una uia est.
 cum satis una tuis insomnia portet ocellis,
 una sat e(s)t cuius femina multa mala.

grata] aequa *Burman*: clara *Jacob*: casta *Ast*: Graia *Barber dub.* in app.: alii alia; cf. tamen *Vulpis interpretationem supra laudatam* et adde *Löfstedt Synt.* II 470–473, *Enk* II 2,325 37 mutabant N amores V² 38–39 om. L 38 suam... uiam *Broukhusius* 39 in om. F P Δ (add. F⁴ V²) renouatis *Barber* 40 quantum ω , corr. ς si ω , corr. ς ; cf. *Rothstein* I 373 uestra Δ (prob. *Enk* II 2,326); nostra def. *Sh. Bailey* 116, qui nostra i. q. mea interpretatur 41. 42. 43. 44 uidisti *Camps* 41 pleno] niueo *Housman*: puro *Richmond*; cf. tamen *S. H. A. Clod. Alb.* 5,3 nam et bos albus purpureis ad plenum colorem cornibus natus est 42 fusco ω (prob. *Rothstein* I 373, e sequentibus colore supplens): fuscas *Markland*, corr. *L. Müller*; cf. *Enk Comm. crit.* 157 dulcis F Δ (corr. D²): lucus L: lucet P; cf. *Housman Class. Pap.* 254 43 quadam N prodente F L P Δ (corr. F⁴ V²), quo probato patriam Argiuas prodente (Argiua prodente coni. iam *Baehrens*) figura coni. *Housman*, coll. *Ps. Verg. moret.* 32; intellege tamen quandam i. q. quandam Graecam mulierem 45 sit] sic F (corr. F⁴) Δ 46 post hunc uersum lac. stat. *Housman* 47 meis *Markland*: suis *Foster* 48 sat est] sit et ω (in quo particula et displicet): sat et *Ayrman*: dat et *Burman*, corr. ς

26

Vidi te in somnis fracta, mea uita, carina
 Ionio lassas ducere rore manus,
 et quaecumque in me fueras mentita fateri,
 nec iam umore grauis tollere posse comas,
 qualem purpureis agitatam fluctibus Hellen, 5
 aurea quam molli tergore uexit ouis.
 quam timui, ne forte tuum mare nomen haberet,
 teque tua labens nauita fleret aqua!
 quae tum ego Neptuno, quae tum cum Castore fratri,
 quaeque tibi excepi, iam dea, Leucothoe! 10
 at tu uix primas extollens gurgite palmas
 saepe meum nomen iam peritura uocas.
 quod si forte tuos uidisset Glaucus ocellos,
 esses Ionii facta puella maris
 et tibi ob inuidiam Nereides increpitaient, 15
 candida Nesaeae, caerula Cymothoe.

26 somnium (sompn-) de amica F L D V : ad amicam somnium de ipsa habitum. demum fidem sui amoris narrat P 3 fueris F (corr. F⁴) L Vo 5 agitaui F (corr. F⁴) : agitauit L P : agitaram Vo; de accusatio qualem propter pronomini te (u. l) attractionem cf. Verg. Aen. 11,67sq. hic iuuenem agresti sublimem stramine ponunt, / qualem uirgineo demessum pollice florem 6 cum Heinsius uellere ζ (ex Ouid. epist. 17,144 aurea lanigero uellere uexit ouis; sim. am. 2,11,4 conspicuum fuluo uellere uexit ouem; cf. tamen Manil. 4,517 Phasidos ad ripas et Colchida tergore uexit) 8 teque] atque ω, corr. Heinsius; cf. enim de atque ap. elegiacos Platnauer CIQ 42 (1948) 91sq., Lat. Eleg. 20-22, Axelson Unpoet. Wört. 83sq., Kenney CIQ 52 (1958) 58sq. 9 quem F L P Δ (corr. V²); supple uota cum L P quem tum F P Δ (corr. V²) : quantum L ferri L P 10 quemque P Δ (corr. V²) quae tibi suscepi Heinsius; sed cf. ThLL V 2,1250,5sq. tum (ς) dea Lachmann; cf. Hom. Od. 5,333-335 11-12 post u. 16 transt. Carutti, post u. 18 L. Müller; cf. tamen W. A. Baehrens Ph 72 (1913) 273, Alfonsi MH 6 (1949) 92sq. 15 prae inuidia F Δ (corr. V²); sed cf. Housman Class. Pap. 254

sed tibi subsidio delphinum currere uidi,
 qui, puto, Arioniam uexerat ante lyram.
 iamque ego conabar summo me mittere saxo,
 cum mihi discussit talia uisa metus. 20
 nunc admirentur, quod tam mihi pulchra puella
 seruiat et tota dicar in urbe potens!
 non, si Cambysae redeant et flumina Croesi,
 dicat 'De nostro surge, poeta, toro.'
 nam mea cum recitat, dicit se odisse beatos: 25
 carmina tam sancte nulla puella colit.
 multum in amore fides, multum constantia prodest:
 qui dare multa potest, multa et amare potest.
 heu, mare per longum mea cogitat ire puella!
 hanc sequar et fidos una aget aura duos. 30
 unum litus erit sopitis unaque tecto
 arbor, et ex una saepe bibemus aqua;

16 nise(a)e ω, corr. V² 18 quam N : quod F (corr. F³) L 20 post hunc uersum lac. stat. Broukhusius : 21-28 separ. Richmond : 21-58 separ. van Lennep, quem omnes fere editores secuti sunt; carmen unum esse ostendit Macleod SO 51 (1976) 131-136 23 si] sic N : nisi V² Cambyes Dorville : iam Gygae Schrader (fort. recte; cf. Archil. frg. 22,1 Diehl [= 22,1 Tarditi], Strab. 14,28) : alii alia; uox Cambysae nomin. plur. est (i. e. si redeant reges tam diuites qualis Cambyes); alii interpretes de gen. sing. agi censent redeat Vo : se dent Barber flumina] munera Camps, coll. Iuuen. 14,328 nec Croesi fortuna ... nec Persica regna; sed flumen Croesi est Pactolus 28 multum et amare Heinsius; intellege tamen diuites, qui multa dare possunt, multas puellas amare possunt; de neutro genere pro fem. ap. Prop. cf. 1,13,12 nec noua quaerendo semper amicus eris potest? dist. Rothstein, qui distichon post u. 28 excidisse censet; cf. tamen E. Reitzenstein Wirkl. 39 adn. 45 29 nouam elegiam incipit N : lacunam statuit Housman, qui uu. 31-32 ante u. 29 transtulit; cf. tamen W. A. Baehrens Ph 72 (1913) 274 heu ... cogitat] seu ... cogitet ω, corr. Guyet; cf. 1,4,22, Tib. 1,4,58, Ouid. epist. 2,48 31 sopitis] positus (torus) Housman tectum Heinsius

et tabula una duos poterit componere amantes,
 prora cubile mihi seu mihi puppis erit.
 omnia perpetiar: saeuus licet urgeat Eurus, 35
 uelaque in incertum frigidus Auster agat,
 quicumque et uenti miserum uexastis Vlixem
 et Danaum Euboico litore mille ratis
 et qui mouistis duo litora, cum ratis Argus
 dux erat ignoto missa columba mari. 40
 illa meis tantum non umquam desit ocellis,
 incendat nauem Iuppiter ipse licet.
 certe isdem nudi pariter iactabimur oris:
 me licet unda ferat, te modo terra tegat.
 sed non Neptunus tanto crudelis amori, 45
 Neptunus fratri par in amore Ioui:
 testis Amymone, latices dum ferret, in Argis
 compressa, et Lerna pulsa tridente palus;

36 uela quod L P in om. N F (s. l. F⁴) L P; cf. Sall. hist. frg. 2,87 M. turbidus ζ ; sed cf. Verg. georg. 4,261 frigidus... Auster 39 ratis] rudis F² P^{ec}, fort. ex Lucan. 3,193sq. cum rudis Argo / miscuit ignotas temerato litore gentes argo N Δ F² P² (prob. Camps II 181): ergo F L P, corr. ζ ; Argus gen. nominis Argo est; si contra Argo accipimus, de dat. nominis Argus agitur, qui tamen nauis fabricator, non gubernator erat: cf. Sh. Bailey 117 41 non numquam F P (corr. P²): non usquam Broukhusius desit] spectat F (corr. F⁴) L P (corr. ead. man.); cf. Ouid. Pont. 2,8,17 quid nostris oculis nisi sola Palatia desunt? 43 his' am F: hys' am L: hisdem P D F³ Vo²: iisdem V: hicdem Vo 44 modo] quoque F L P Δ (corr. P in mg. F⁴ V²), haud dubie ex 1,6,28 in quorum numero me quoque terra tegat 47 dum] cum F L P Δ ; de coniunctiuo cf. ThLL V 1,2220,51sq. in aruis ω , corr. ζ ; cf. enim Ouid. am. 1,10,5 qualis Amymone siccis errauit in Argis et uide app. ad loc. editionum quas Munari (Florentiae 1959³) et Kenney (Oxonii 1961) curauerunt 49 iam] nam Vahlen: quam Sh. Bailey; iam idem ac statim ualet amplexus Passerat (prob. Sh. Bailey 117): amplexae Postgate; cf. tamen Enk II 2,342 50 refudit F⁴ D²

iam deus amplexu uotum persoluit; at illi
 aurea diuinas urna profudit aquas. 50
 crudelem et Borean rapta Orithyia negauit:
 hic deus et terras et maria alta domat.
 crede mihi, nobis mitescet Scylla nec umquam
 alternante uorans uasta Charybdis aqua;
 ipsaque sidera erunt nullis obscura tenebris, 55
 purus et Orion, purus et Haedus erit.
 quod mihi si ponenda tuo sit corpore uita,
 exitus hic nobis non inhonestus erit.

27

At uos incertam, mortales, funeris horam
 quaeritis, et qua sit mors aditura uia;

53 mutescet F L Δ ; cf. ThLL VIII 1146,1sq., Housman Class. Pap. 298 54 morans ζ (prob. B. A. Müller BPhW 1914, 1107, coll. 1,3,32; 2,4,16; 3,20,12): uacans Ayrmann (quam elegantem coniecturam omnes fere editores accipiunt): uocans Housman; sed uorans (sc. erit) luculenter def. Pasoli St. L. Bianchi 181sq., coll. 4,6,1 sint ora fauentia et, quod ad subauditam copulam adinet, Stat. silu. 5,1,92sq. omnia nam laetas pila attolentia frondes, / nullaue famosa signatur lancea penna. Vt recte admonet Pasoli, 'magis quam actionem ipsam uorandi poeta statum quendam effingere in animo habuit'. Adde praeterea Sen. suas. 6,5 quae Charybdis est tam uorax? 57 quid N Δ tuost in Barber

27 de incerta horam mortis F L D: de incerta hora mortis et solum amantem scire horam mortis P: priori elegiae coniung. ζ , prob. Rothstein I 383. 491; quod iure refellit Leo Kl. Schr. II 203sq., qui 1,1,37sq.; 2,14,31sq.; 2,32,61sq.; 3,6,41sq.; 3,14,33sq. confert 1 et ζ , prob. Camps II 183; sed de abrupto elegiae initio cf. 2,10,1 sed tempus lustrare aliis Helicon choreis, Ouid. epist. 12,1 at tibi Colchorum, memini, regina uacauit

quaeritis et caelo, Phoenicum inuenta, sereno,
 quae sit stella homini commoda quaeque mala!
 seu pedibus Parthos sequimur seu classe Britannos 5
 et maris et terrae caeca pericla uiae;
 rursus et obiectum † fletus † caput esse tumultu[m],
 cum Mauors dubias miscet utrimque manus;
 praeterea domibus flammam domibusque ruinas,
 neu subeant labris pocula nigra tuis. 10
 solus amans nouit quando periturus et a qua
 morte, neque hic Boreae flabra neque arma timet.

3 Phoenicum inuenta, non caelo Phoenicum inuenta sereno, παρρητικῶς intellege: cf. Enk II 2,346, K.-St. I 248, H.-Sz. 429 5-6 post u. 8 transt. Otto, post u. 12 Heinrich 6 terrae] uastae uel taetrae Burnan: terrent Phillimore perinde uia est Waardenburgh; sed cf. Sh. Bailey ClQ 39 (1945) 120, Axelson Unpoet. Wört. 136 7 fletus N (quod perperam deff. Rothstein I 384, Salvatore Latin. 4 [1956] 177: cf. enim Leo Kl. Schr. II 191, Enk II 2,347): flemus F L P Δ (def. Pasoli St. L. Bianchi 182sq.; fort. recte): fletis ζ: fletur Gwynn: fles tu Housman (coll. Cic. fam. 10,24,5 scis tu, ubi enuntiatum non est interrogatiuum); cruces ponere malo, cum magno in dubio sim, utrum uoci flemus an fletu an fles tu palmam tribuam capiti L P Δ F³; cf. Housman Class. Pap. 298 tumultum ω, corr. ζ; quod adfinēt ad datiuos quartae declinationis in -ū exeuntes cf. 1,11,12; 2,1,66 manu; 2,19,19 pinu 8 post hunc uersum lac. stat. Habet; cf. contra Enk II 2,348, Luck 397 et quae fuisse disputat Pasoli (cf. app. ad u. 7); neu subeant a flendi uerbo pendet: cf. enim 2,7,2sq. flemus uterque diu / ni (= ne) nos diuideret 9 dominisque Lachmann: metuisque L. Müller; sed de flere neu cf. app. ad u. 8; de iterata uoce domibus cf. Tib. 2, 5,99sq. et festas extruet alte / caespitibus mensas caespitibusque torum ruinam F L Vo V² (corr. L² Vo²); cf. Catull. 23,8sq. nihil timetis / non incendia, non graues ruinas 10 ne V² 12 neque ... nec F Δ (corr. V²): nec hic ... nec P

iam licet et Stygia sedeat sub harundine remex,
 cernat et infernae tristia uela ratis:
 si modo clamantis reuocauerit aura puellae, 15
 concessum nulla lege redibit iter.

28

Iuppiter, affectae tandem miserere puellae:
 tam formosa tuum mortua crimen erit.
 uenit enim tempus, quo torridus aestuat aer,
 incipit et sicco feruere terra Cane.
 sed non tam ardoris culpa est neque crimina caeli, 5
 quam totiens sanctos non habuisse deos.
 hoc perdit miseras, hoc perdidit ante puellas:
 quidquid iurarunt, uentus et unda rapit.
 num sibi collatam doliuit Venus? illa peraeque
 prae se formosis inuidiosa dea est. 10

13 nam R. Reitzenstein 14 cernat] seruat D V (corr. D² V²): seruet Burman: soluat Broukhusius (prob. Housman Class. Pap. 286, coll. 4,11,69sq.); cf. tamen Camps II 185

28 in tres elegias (1-34; 35-46; 47-62) diuisit Hertzberg, in quattuor (1-34; 35-46; 47-58; 59-62) Jacob: trium carminum cyclum esse censet Knoche Misc. Prop. 70; cf. etiam Barwick WJA 2 (1947) 8sq.: de uno carmine agi, in quo primum Iuppiter deinde Persephone rogantur ut Cynthiam in uita retineant, dilucide ostendit Cairns Gen. Comp. 153-157, coll. Ps. Tib. 3,10 (= 4,4), Ouid. am. 2,13. Cf. etiam Williams Trad. and Orig. 479, Hubbard Prop. 41sq., Yardley ClQ 71 (1977) 394sq. 2 iam N erit? dist. N F² 8 iurarem N: iuratur V² 9 non N: nun V: nunc Vo; sed cf. 1,2,79 num Veneris magnae uiolau numina uerbo? et Sh. Bailey ClQ 47 (1953) 120sq. ipsa ζ; sed cf. Housman Class. Pap. 254 paremque F: pareque Δ (corr. V²); peraeque def. Vahlen Ges. Phil. Schr. II 117 10 per se ζ: semper Markland; prae se cum formosis coniungendum

an contempta tibi Iunonis templa Pelasgae?
 Palladis aut oculos ausa negare bonos?
 semper, formosae, non nostis parcere uerbis.
 hoc tibi lingua nocens, hoc tibi forma dedit.
 sed tibi uexatae per multa pericula uitae 15
 extremo ueni(e)t mollior hora die.
 Io uersa caput primos muguerat annos:
 nunc dea, quae Nili flumina uacca bibit.
 Ino etiam prima terris aetate uagata est:
 hanc miser implorat nauita Leucothoen. 20
 Andromede monstros fuerat deuota marinis:
 haec eadem Persei nobilis uxor erat.
 Callisto Arcadios errauerat ursa per agros:
 haec nocturna suo sidere uela regit.
 quod si forte tibi properarint fata quietem, 25
 illa sepulturae fata beata tuae,

11 membra *Waardenburgh*: menda *Richmond*: planta *Alton*: alii alia; sed nihil mutandum: cf. *Schol. Hom. Od. 15,225 et Postgate CIR 14 (1900) 449sq., Sh. Bailey 118sq. 15* uexata... uita ζ ; cf. *Camps II 188 16* uenit ω : ueniat ζ , corr. V^2 aura codd. *Passeratii* (fort. recte: cf. *Ouid. fast. 2,148, trist. 4,5,19, Anth. Lat. 452,5 R., Drac. laud. dei 1,194. 588; cf. tamen Enk II 2,354*); tradita tuentur *Ouid. epist. 3,44* nec uenit inceptis mollior hora malis, *Pont. 3,3,84* et ueniet uotis mollior hora tuis 19 terras ζ : in terris *Barber dub. 21-22 del. Heimreich, prob. Knoche Misc. Prop. 62sq.; fort. recte: hic enim poetam narrare Andromedam post mortem inter astra collocatam esse expectamus; tradita def. Enk II 2,355 21* deuota] monstrata $F L P \Delta$ (corr. $F^4 P^{corr} V^2$), haud dubie ex monstros corruptum; cf. *Enk Comm. crit. 166, Housman Class. Pap. 279 22* erit ζ : abit *Kuinoel*; sed cf. *Ouid. am. 3,4,21sq.* in thalamum Danaë ferro saxoque perennem / quae fuerat uirgo tradita, mater erat 24 sidera F 26 ipsa (ζ) sepultura facta (ζ) beata tua *Markland*; sed de genetiua explicatiuo cf. 1,19,17 longae... fata senectae, 2,13,47 longaeuae... fata senectae, *Tib. 1,4,31* infirmas... fata senectae et uide *Sh. Bailey 121, Camps II 189*

narrabis Semelae, quo sis formosa periclo,
 credet et illa, suo docta puella malo;
 et tibi Maeonias omnis heroidas inter
 primus erit nulla non tribuente locus. 30
 nunc, utcumque potes, fato gere saucia morem:
 et deus et durus uertitur ipse dies.
 hoc tibi uel poterit coniunx ignoscere luno:
 frangitur et luno, si qua puella perit.
 deficiunt magico torti sub carmine rhombi 35
 et iacet extincto laurus adusta foco
 et iam Luna negat totiens descendere caelo
 nigraque funestum concinit omen auis.

27 sit $N \Delta F^4$: fit $F L P$, corr. ζ ; *Cynthia enim in campis Elyseis suos amores casusque Semelae narrabit 28 ipsa Santen 29* inter heroidas omnis $N F L P$; quod fortasse defendi potest: de syllaba producta cf. enim 1,10,23; 2,8,8; 4,1,17, ubi tamen de syllaba ante caesuram semper agitur; familiae Δ ordo uerborum ab *Ouid. trist. 1,6,33* prima locum sanctas heroidas inter haberes defenditur 31-32 del. *Knoche, falsis argumentis nisus: cf. enim Enk II 2,358 32* dirus *Fontein 33-34* post u. 2 transt. *Passerat, 33-38 Housman, 33-46 Baehrens; omnes fere editores Passeratium secuti sunt. Sed nuperrime uir doctus F. Cairns ostendit (Gen. Comp. 153) traditum uersuum ordinem non esse mutandum: si quis enim Propertium primum Cynthia (uu. 31-32), deinde Iouem ex abrupto alloqui (uu. 33-34) miretur, is sciat hoc esse cum Vmbri poetae stylo maxime consentaneum (cf. in eadem elegia uu. 11-12 et uu. 13-14); praeterea u. 32 Iouis mentionem iam fecerat (deus et durus... dies, ubi priscus ille Diespiter designatur per doctam etymologiam) 33 poterat $F L \Delta$; cf. *Tib. 3,8 (= 4,2), 3* hoc Venus ignoscet 35 nouam elegiam incipit N sub imagine (ym-) $F L P V o$ (corr. $V o^2$) bombi N : nimbi F : rombi $L P F^2$: rumbi Δ , corr. V^2 ; cf. *Rose, Vt pictura poesis, Lugduni Bat. 1955, 67sqq. 36* tacet *Canter 38* condidit ω , corr. V^2 ; cf. *Ouid. am. 3,12,1sq.* quis fuit ille dies, quo tristia semper amanti / omina non albae concinistis aues*

una ratis fati nostros portabit amores
 caerula ad infernos uelificata lacus. 40
 si non unius, quaeso, miserere duorum!
 uiuam, si uiuet; si cadet illa, cadam.
 pro quibus optatis sacro me carmine damno:
 scribam ego 'Per magnum est salua puella Iouem';
 ante tuosque pedes illa ipsa operata sedebit, 45
 narrabitque sedens longa pericla sua.
 haec tua, Persephone, maneat clementia, nec tu,
 Persephoneae coniunx, saeuior esse uelis.
 sunt apud infernos tot milia formosarum:
 pulchra sit in superis, si licet, una locis! 50
 uobiscum Antiopae, uobiscum candida Tyro,
 uobiscum Europe nec proba Pasiphae
 et quot Troia tulit uetus et quot Achaia formas
 et Thebae et Priami diruta regna senis:
 et quaecumque erat in numero Romana puella, 55
 occidit: has omnis ignis auarus habet.

39-40 post u. 42 transt. Otto, prob. Enk Comm. crit. 167sq. 40
 garrula FL P; cf. Verg. Aen. 6,410 (Charon) caeruleam
 aduertit puppim 41 set N, unde ui. 41-42 post u. 40 transt.
 Otto 45 operta N F L Δ: adoperta V²; cf. K.-St. I 311 47
 nouam elegiam incipit Lachmann haec] nec F Δ moueat
 DV (corr. V²): mouet Vo 50 scilicet L P D F³ V²: scl'et F
 51 Antiopae] est iope ω (def. Knoche Misc. Prop. 55sq.): est
 Niobe Itali: Hermione Heinsius, corr. ζ (qui et est iole coni.);
 cf. 1,4,5-7, ubi sermo est de Antiopa inter heroinas, et Hom. Od.
 11,226sq., ubi Antiopae et Tyro simul nominantur 53 Troia]
 Creta Rossberg; cf. tamen Tyrrell Hermath. 3 (1875) 120 54
 et Thebae] et ph(o)ebi ω (def. Rothstein I 393; sed cf. Leo Kl.
 Schr. II 191): et Phthii Bury: Atridae et Leo: alii alia; corr.
 Scaliger; sic enim duae urbes in pentametro apte respondent
 duabus regionibus in hexametro

nec forma aeternum aut cuiquam est fortuna perennis:
 longius aut propius mors sua quemque manet.
 tu quoniam es, mea lux, magno dimissa periclo,
 munera Dianae debita redde choros, 60
 redde etiam excubias diuae nunc, ante iuuencae;
 uotiuas noctes et mihi solue decem!

29

Hesterna, mea lux, cum potus nocte uagarer,
 nec me seruorum duceret ulla manus,
 obuia nescio quot pueri mihi turba minuta
 uenerat (hos uetuit me numerare timor);
 quorum alii faculas, alii retinere sagittas, 5
 pars etiam uisa est uincla parare mihi.

57-58 del. Fontein, prob. Knoche Misc. Prop. 58sq.; cf. tamen
 Enk II 2, 365sq. 58 proprius N F (corr. F²) Vo sors
 Markland 59 nouam elegiam incipit Jacob demissa ω, corr.
 ζ 60 tholo uel choro ζ 61 iuuent(a)e F Δ (corr. V²) 62 post
 uotiuas dist. F², probb. Postgate et Housman Class. Pap. 34;
 sed cf. Tib. 1,3,29sq. ut mea uotiuas persoluens Delia uoces /
 ante sacras lino tecta fores sedeat ei mihi Damsté, prob.
 Camps II 196; sed nihil mutandum: cf. enim Rothstein I 491,
 Enk II 2,367, Cairns Gen. Comp. 156

29 ad cinthiam casum habitum. demum illam monet P: ad
 cinthiam L²: priori coniung. F (dist. man. rec. in mg.) Δ I
 extrema Heinsius modo lux F (corr. F²) L P (corr. ead. man.)
 Δ (corr. V²); cf. 2,14,29, Tränkle 160 3 minuti Heinsius
 (prob. Phillimore CIR 28 [1914] 10); sed cf. Verg. georg. 1,414
 progeniem paruam (= pullos) aliaque exempla ap. Sh. Bailey
 121, H.-Sz. 429, K.-St. I 42, ThLL VIII 1041,49sq. 4 hoc
 N F L P (corr. F³ P²) 5 retinere] intendere Leo: strinxere
 Hosius dub.; quod adinet ad retinere = tenere cf. e. g. Cic.
 Verr. 2,4,74 sinistra manu retinebat arcum, Catull. 64,8 diua...
 retinens in summis urbibus arces

sed nudi fuerant. quorum lasciuior unus,
 'Arripite hunc,' inquit, 'iam bene nostis eum.
 hic erat, hunc mulier nobis irata locauit.'
 dixit, et in collo iam mihi nodus erat. 10
 hic alter iubet in medium propellere, at alter,
 'Intereat, qui nos non putat esse deos!
 haec te non meritum totas expectat in horas:
 at tu nescio quas quaeris, inepte, foris.
 quae cum Sidoniae nocturna ligamina mitrae 15
 soluerit atque oculos mouerit illa grauis,
 afflabunt tibi non Arabum de gramine odores,
 sed quos ipse suis fecit Amor manibus.
 parcite iam, fratres, iam certos spondet amores;
 et iam ad mandatam uenimus ecce domum.' 20
 atque ita mi iniecto dixerunt rursus amictu:
 'I nunc et noctes disce manere domi.'
 mane erat, et uolui, si sola quiesceret illa,
 uisere: at in lecto Cynthia sola fuit.

7 nec nudi Baehrens; sed tuetur Cairns *ClQ* 65 (1971) 456 fuerunt Heinsius; sed de ppf. pro perf. agitur, ut saepe ap. Prop. 8 nam F L P Δ 10 post hunc uersum distichon excidisse putat Butler; cf. tamen Knoche *Gn* 12 (1936) 270 dixerat in Δ (corr. V²); cf. u. 39; 4,4,67. 91 nudus L P 11 at] et F Δ 13 hoc D Vo V² 14 fores ω, corr. Dousa pat. (prob. Luck 398); foris enim uoci domi (u. 22) opponitur 18 pressit Jortin: legit Wassenbergh 21 me ω, corr. Canter in lecto ω, corr. ζ; cf. app. ad 1,13,16; 2,9,2 duxerunt N L P Δ F⁴ (ex dixerunt): laxarunt Leo; duxerunt prob. Schuster *PhW* 53 (1933) 668sq.; cf. tamen Enk II 2,376, Camps II 196, Cairns *ClQ* 65 (1971) 458 me in tectum duxerunt rursus amicae Fischer: me in lectum duxerunt rursus amicum Birt: me iniecto duxere introrsus amictu Phillimore 23 nouam eleg. inc. ζ; cf. contra White *ClPh* 59 (1961) 222-225. Contra huius carminis cohaerentiam nonnulli uiri docti contendunt nullo modo intellegi posse cur in u. 1 hesternae nocte, contra in u. 23 mane erat et in u. 42 ex illo legatur: quae igitur in uu. 23-42 narrantur, compluribus diebus ante gesta uidentur (cf. quae fuisse disputauerunt Rothstein I 491sq., Leo *Kl. Schr.* II 203. 208, Enk II 2,368sq.; quod adinet

obstupui: non illa mihi formosior umquam 25
 uisa, neque ostrina cum fuit in tunica,
 ibat et hinc castae narratum somnia Vestae,
 neu sibi neue mihi quae nocitura forent:
 talis uisa mihi somno dimissa recenti.
 heu quantum per se candida forma ualet! 30
 'Quid tu matutinus,' ait, 'speculator amicae?
 me similem uestris moribus esse putas?
 non ego tam facilis: sat erit mihi cognitus unus,
 uel tu uel si quis uerior esse potest.
 apparent non ulla toro uestigia presso, 35
 signa uolutantis nec iacuisse duos.
 aspice ut in toto nullus mihi corpore surgat
 spiritus admisso notus adulterio.'

ad 2,29,1-22 cf. Cairns *ClQ* 65 [1971] 455-460; quae argumenta iure refellit Cairns *Em* 45 (1977) 337-344 24 aut L: et ζ; sed cf. u. 11

25 mihi est P 27 et] ut Lachmann: uti Barber (qui hinc del.) huic L P Vo: in ζ (cf. etiam Housman *Class. Pap.* 34); cf. Plaut. *Mil.* 1378 ibo hinc intro nunc iam ad amores meos et Camps II 197 narrabat F L P: narrabant V² 28 neu] non Δ (corr. V²) 29 demissa ω, corr. ζ 30 heu] o Schrader: en L. Müller; sed, ut recte monet Enk II 2,378, interiectio heu ostendit poetam dolere, cum tam candidae formae resistere non possit 31 quod N F L P V²: quo ζ; sed agis simul audiendum: cf. Hor. *epist.* 1,1,91 quid pauper (sc. agis), Hofmann *Umg.* 169sq., Tränkle 170 matutinis L P D Vo 35 pressa F; cf. Ouid. *am.* 3,14,32 cur pressus prior est interiorque torus? 36 uoluntatis N F: uoluptatis Δ: uoluntantis F²; sed uolutantis, obscene dictum, recte tuentur Housman *Class. Pap.* 335, Sh. Bailey 123sq. non iacuisse Δ (corr. V²): hic iacuisse Jacobs: coniacuisse Baehrens: concaluisse Housman; simul audi tamen apparent (i. e. nec signa apparent duos uolutantis iacuisse) 38 natus Dousa pat.: motus Marcellius (fort. recte); notus defenditur a Sullivan *ClQ* 55 (1961) 1sq., cuius sententia spiritus idem atque corporis odor ualet: sed eius exempla, ab Enk II 2,379 probata, minimi sunt momenti (apud Mart. 4,4,4 et 6,93,3

dixit, et opposita propellens sauia dextra
 prosilit in laxa nixa pedem solea. 40
 sic ego tam sancti custos excludor amoris:
 ex illo felix non mihi nulla fuit.

30

Quo fugis, a demens? nulla est fuga: tu licet usque
 ad Tanain fugias, usque sequetur Amor.
 non si Pegaseo uecteris in aere dorso,
 nec tibi si Persei mouerit ala pedes,

de hirco agitur cum capella cubante, neque uox spiritus apparet); de anhelitu post coitum melius cogitant nonnulli: cf. Sh. Bailey 124, qui notus = bene cognitus interpretatur, cum contra absurdum sit notus i. q. quem omnes nouerunt intellegere
 39 suauiā Δ; *de uoce sauium ap. poetas cf. Haupt Opusc. II 106-110, Axelson Unpoet. Wört. 35* dextra] nostra
 N F L P D Vo: om. V (ueste add. V²), corr. ζ 40 in saxa ω,
 corr. F³ P² V²; cf. Catull. 68,71sq. trito fulgentem in limine
 plantam / innixa arguta constituit solea, Ouid. ars 1,516 nec
 uagus in laxa pes tibi pelle natet 41 custode N L P (quo
 probato custode eludor coni. Palmer: custode retrudor Postgate;
 cf. etiam H.-Sz. 122): custudis F reludor N: rector
 F L P: recludor Δ: secludor Passerat: eludor Burman: delu-
 dor Housman, corr. Broukhusius, prob. Cairns Em 45 (1977) 349
 42 non] nox ζ; *deteriorum lectio a plerisque editoribus probatur;*
tradita iure def. Cairns Em 45 (1977) 339sq., qui de duplici par-
ticula negatiua, per emphasim ad negandum usurpata, 2,19,32
absenti nemo non nocuisse uelit confert

30 ad cynthiam V²: priori coniung. F L P Δ (dist. F^{rec} L^{rec})
 1-12 Cynthiae loquenti trib. Jacob, Propertio secum loquenti Ples-
 sis; Propertium Cynthiae loqui, cum poetae domina senum
 seueriorum rumoribus magnum pondus tribuerit amorisque fi-
 nem facere meditata sit, censet Cairns ClQ 65 (1971) 204; ergo
 uu. 13-40 non sunt separandi 2 Tanain] tantam F L Δ (corr.
 V²) 3 necteris F (corr. F³) L P

uel si te sectae rapiant talaribus aurae, 5
 nil tibi Mercurii proderit alta uia.
 instat semper Amor supra caput, instat amanti
 et grauis ipse super libera colla sedet.
 excubat ille acer custos et tollere numquam
 te patietur humo lumina capta semel. 10
 et iam si pecces, deus exorabilis ille est,
 si modo praesentis uiderit esse preces.
 ista senes licet accusent conuiuia duri:
 nos modo propositum, uita, teramus iter.
 illorum antiquis onerantur legibus aures: 15
 hic locus est in quo, tibia docta, sonet,
 quae non iure uado Maeandri iacta natasti,
 turpia cum faceret Palladis ora tumor.

7 amor semper P 8 ipsa Beroaldus; sed de ipse = is uel iste
 cf. H.-Sz. 190; uide etiam Helm PhW 54 (1934) 789, Neumann
 42 sedet ... super P 10 post hunc uersum duos uel quattuor
 uersus excidisse putat Sh. Bailey; sed omnia bene procedunt, si
 particulae et (u. 11) aduersatiuam uim tribuimus 11 et] sed
 Burman: at Voss (prob. Camps II 200); et (i. q. et tamen) def.
 Enk II 2,386, coll. Cic. Tusc. 1,6, de orat. 3,86, Iuuen. 1,74, Sen.
 Med. 135; quibus exemplis adde Plaut. Bacch. 1196, Cic. top. 30,
 Ouid. trist. 5,12,63; cf. etiam H.-Sz. 481 plurimaeque exempla
 particulae et cum ui aduersatiua ap. ThLL V 2,893,4sq. 12
 esse] ille D Vo V² (haud dubie e u. 11) post u. 12 nou. eleg. inc.
 Heimreich, prob. Enk RCCM 2 (1960) 126-129: lac. stat. E.
 Baehrens; cf. etiam Leo Kl. Schr. II 204, Ites 48. Non contigit
 uiro docto W. A. Baehrens Ph 72 (1913) 274 uu. 1-12 et 13-40
 unitatem defendere; nullam esse lacunam statuendam unumque
 carmen uu. 1-40 efficere ostendit Cairns ClQ 65 (1971) 204sq.;
 uide app. ad uu. 1-12 15 onerentur Vo P²: ornentur V²; one-
 rentur probb. Camps II 200, Giardina 179; cf. tamen Cairns ClQ
 65 (1971) 210sq. 16 senes F L P (corr. F⁴ P²): sonet Δ 17
 menandri N F L P D V (corr. N² F²) 18 pallidus F L P (corr.
 ead. man.) Δ timor Δ (corr. V²); cf. Ouid. fast. 6,700, Hyg.
 fab. 165,2

non tamen immerito! Phrygias nunc ire per undas
 et petere Hyrcani litora nota maris, 20
 spargere et alterna communis caede Penatis
 et ferre ad patrios praemia dira Lares!

19-22 hic alienos esse censent multi, praeiunte Weber : 19-20 ante u. 1 et 21-22 post 1,22,8 transt. Housman : 19-22 ante u. 1 transt. Carutti, post 2,27,8 Barber; ordinem traditum def. R. Reitzenstein Herm. 31 (1896) 213sq., cuius sententia uu. 19-22 militibus pro patria pugnantibus imbellem opponunt poetam eumque defendunt quod belli ciuilibus caedibus non interfuerit. Propertium hic ironice loqui unus Alfonsi putat (AIV 103 [1944] 452sq.; cf. contra Enk II 2,381). Omnia recte quadrant si cum Cairns CIQ 65 (1971) 204-213 admittimus hic recusationem epicae poesis a Propertio enuntiari: quod adinet ad infin. exclam. ire (u. 19), me simul audiendum est; in uu. 19-20 Propertius Argonautica, in uu. 21-22 Thebana illa scribere recusat. Quam interpretationem uu. 25-30, ubi de Propertio Helicōna uisente sermo est, apte confirmant 19 non] nunc F L P Δ N^{ec} (cf. Birt XXXVII) : num Scaliger : nec Luck tamen immerito] tu dura paras L P D V F³ : iam dura paras V Vo : dura paras F : tu dure paras ; tu dura paras deff. Housman Class. Pap. 271, Nilsson Er 45 (1947) 51; cf. tamen 3,19,27, Tränkle 152; uide etiam R. Reitzenstein Herm. 31 (1896) 214 adn. 2, Knoche Gn 12 (1936) 264 adn. 8; non ... immerito idem ualere ac nec mirum ostendit Cairns CIQ 65 (1971) 208-210, coll. 2,6,35; 3,19,27; Val. Max. 4,7,1; Plin. nat. 35,22 nunc tamen (immerito!) Brandt : num tamen ingredior Leo; sed cf. Housman Class. Pap. 271; de infinitiuo indignantis cf. Tränkle 152 nunc ire] mene ire Barber 20 nuda Lachmann (cf. Stat. silu. 3,1,3 nec litora pauper / nuda tenes) : muta Postgate : nolo Camps; nota def. Nilsson Er 45 (1947) 44, cuius sententia hic Propertius de militibus Romanis cogitat apud Carrhas uictis, qui Romani nominis obliuisci potuerunt (cf. etiam Hor. carm. 3,5,5sq.). Quod nullo modo mihi persuasit; cf. contra Cairns CIQ 65 (1971) 207, qui uu. 19-20 ad Argonautarum expeditionem referens iure censet litora esse nota propter nauis Argus celeberrimam famam (cf. Hom. Od. 12,70 Ἀργὼ πασιμέλουσα) 21 spargere et] spar-

una contentum pudeat me uiuere amica?
 hoc si crimen erit, crimen Amoris erit:
 mi nemo obiciat! libeat tibi, Cynthia, mecum 25
 rorida muscosis antra tenere iugis.
 illic aspicias scopulis haerere Sorores
 et canere antiqui dulcia furta Iouis,
 ut Semela est combustus, ut est deperditus Io,
 denique ut ad Troiae tecta uolarit auis. 30
 quod si nemo exstat qui uicerit Alitis arma,
 communis culpa cur reus unus agor?
 nec tu Virginibus reuerentia moueris ora:
 hic quoque non nescit, quid sit amare, chorus;
 si tamen Oeagri quaedam compressa figura 35
 Bistonis olim rupibus accubuit.
 hic ubi te prima statuent in parte choreae
 et medius docta cuspide Bacchus erit,

gereque F L P D V; def. Housman Class. Pap. 269, coll. 3,21,13 iungiteque extremo, Tib. 1,3,34 reddereque antiquo; cf. fortasse K. F. Smith ad Tib. 1,3,34, cuius sententia infinitiuus dactylicus + que elysionem perraro admittit (numquam apud Propertium) 22 proelia ; digna Vo V² 23 nouam elegiam incipit Lachmann 25 liceat modo ... tecum V²; cf. Verg. buc. 2,28sq. o tantum libeat mecum tibi sordida rura / atque humilis habitare casas 26 detenere N (corr. ead. man.: cf. Birt XXVII) : tedere L P (corr. ead. man.) 29 et semel F : ut semel L F³ : ut semele P D V; abl. Semela uim instrumentalem habet 30 uolari N (corr. N²) : uolaret F P D V (corr. P² V²) : uolares L 31-36 pro parenthesi habet Gwynn Hermath. 28 (1902) 101 33 nec te uirginei reuerentia mouerit oris ; intellege tamen moueris ad pudorem uel ad ruborem 35 set N figurae Housman 36 ingemuit D (corr. D²) V²; cf. 3,15,12, Lucan. 1,389sq. 37 te] me ω (quod perperam def. Salvatore Latin. 4 [1956] 185), corr. Guyet; cf. enim u. 40, Rothstein I 409, Kambylis 169 adn. 128 38 docta] tecta Scaliger eris Rossberg; sed cf. Maass Herm. 31 (1896) 386 adn. 1, qui totum locum recte interpretatur

tum capiti sacros patiar pendere corymbos;
nam sine te nostrum non ualet ingenium.

31

Quaeris, cur ueniam tibi tardior? aurea Phoebi
porticus a magno Caesare aperta fuit.
tanta erat in speciem Poenis digesta columnis,
inter quas Danaï femina turba senis.
† hic equidem Phoebō † uisus mihi pulchrior ipso 5
marmoreus tacita carmen hiare lyra;
atque aram circum steterant armenta Myronis,
quattuor artifices, uiuida signa, boues.

39 capitij campi F (corr. F⁴) L P

31 *priori elegiae coniungunt* F L P D V (separ. L²V²) 1
tardior? sic dist. N 2 a ex ei N (cf. Birt XXXII) 3 tota ḡ :
tantam edd. Aldinae; tanta def. Enk II 2,397, qui totum locum
sic interpretatur: "tanta erat, si quis eam adspiciebat", coll.
Apul. met. 10,31 ipse autem color deae diuersus in speciem in
spatium Heinsius (fort. recte: cf. enim Ouid. met. 2,197; 7,782;
Sil. 13,562; Sh. Bailey 125; tradita tuetur Cic. Verr. 2,5,86
praeclara classis in speciem) penis N P V² : pennis V : om. F
(add. F³) L D columbis N F L P D V (corr. F⁴V³); cf. Hor.
carm. 2,18,4 columnas ultima recisas / Africa 4 quas ... senis]
aqua ... nurus V² 5-6 post u. 16 transt. Dousa fil.; cf. tamen
Enk II 2, 396 5 hic equidem (eadem D V, corr. V²) phoebo ω
(def. Rothstein I 411) : hic equidem phoebus ḡ (fort. recte: cf.
Enk II 2,398) : hic Phoebus Phoebō Hoeyffti equidem] qui-
dam Markland : fidicen Huschke 6 hiare] habere D V² 7
steterunt F (prob. Housman Class. Pap. 298) : steteruntque F³ :
steterantque F⁴; de ppf. pro perf. agitur 8 artificis ω, corr.
Broukhuisius; cf. Val. Fl. 4,645 da, precor, artificis blanda ad-
spiramina formae, Pers. 5,40 artificemque tuo ducit sub pollice
uultum, Iuuen. 10,238 tantum artificis ualet halitus oris et uide
Enk II 2,399, Tränkle 77

tum medium claro surgebat marmore templum,
et patria Phoebō carius Ortygia: 10
in quo Solis erat supra fastigia currus
et ualuae, Libyci nobile dentis opus;
altera deiectos Parnasi uertice Gallos,
altera maerebat funera Tantalidos.
deinde inter matrem deus ipse interque sororem 15
Pythius in longa carmina ueste sonat.

32

Qui uidet, is peccat: qui te non uiderit, ergo
non cupiet: facti lumina crimen habent.
nam quid Praenesti dubias, o Cynthia, sortis,
quid petis Aeaei moenia Telegoni?
cur ita te Herculeum deportant esseda Tibur? 5
Appia cur totiens te uia Lanuuium?

9 dum D V (corr. V²); cf. Verg. Aen. 6,20; 8,660; Norden Aen.
122 clario ḡ : Pario Passerat 10 clario F L P D V (corr.
P²V²) 11 in quo] et quo N F L P D V : et auro quo Vo, corr. ḡ :
(in quo, sc. in templo) et duo ... erant Hertzberg; sed cf. Enk
Comm. crit. 180sq.

32 *priori elegiae coniung.* ω, separ. Itali 1 ante hunc
uersum uu. 7-8 transt. Housman, uu. 7-10 (cum 2,31 coniunc-
tos) Hetzel, uu. 3-10 Camps non te F D V 2 crimina lumen
ω (def. Rothstein I 415; cf. contra Leo Kl. Schr. II 190), corr.
cod. Marc. Lat. XII 82 (= 4208); cf. Iuuen. 13,209sq. nam
scelus intra se tacitum qui cogitat ullum / facti crimen habet,
Ouid. am. 2,5,6 nec data furtiue munera crimen habent, ars
1,586 tuta frequensque licet sit uia, crimen habet aliaque
exempla ab Enk II 2,404 allata 3 qui F praenestis Vo (fort.
recte; nam locatiui forma semper Praeneste est; cf. e. g. Hor.
epist. 1,2,2 Praeneste relegi) 4 lethogoni N F Δ : lothogoni L :
telagoni P, corr. V³ 5 cur ita te] curua te N : cur uatem F L P
Δ : cur autem ḡ : cur tua te Baehrens (sed cf. Housman Class.
Pap. 246) : curnam te Housman : cur nocte Postgate, corr. Rich-
mond deportantes sed abitur N 6 Lanuuium] dicit anum

hoc utinam spatieri loco, quodcumque uacabis,
 Cynthia! sed tibi me credere turba uetat,
 cum uidet accensis deuotam currere taedis
 in nemus et Triuia lumina ferre deae. 10
 scilicet umbrosis sordet Pompeia columnis
 porticus, aulaeis nobilis Attalidis,
 et platanis creber pariter surgentibus ordo,
 flumina sopito quaeque Marone cadunt,
 et leuiter nymphis toto crepitantibus orbe 15
 cum subito Triton ore recondit aquam.
 falleris, ista tui furtum uia monstrat amoris:
 non urbem, demens, lumina nostra fugis!
 nil agis, insidias in me componis inanis,
 tendis iners docto retia nota mihi. 20

N F⁴ : ducit anum F L P D V : ducit anus Vo V² (fort. recte),
 corr. Jortin, probb. Housman Class. Pap. 246, Enk II 2,406;
 ducit anus def. Sh. Bailey 126, coll. Mart. 1,49,5 senemque
 Laium niuibis, Stat. silu. 3,1,92 iuuenem Parthenopen,
 Ps. Verg. Ciris 41 senibus saeculis; cf. etiam Tränkle 78. Sed non
 sine causa Hartman Mn 49 (1921) 315 adfirmat nexum uia ali-
 quem ducit nullum sensum praebere nisi quo ducat addatur: cf.
 enim exempla ab Enk II 2,406 allata (Lucr. 2,258; Verg. buc. 9,1;
 Aen. 1,401; Hor. epist. 1,18,20)

7-10 post u. 16 transt. Enk 8 sed] nam ς ; sed, ut censet Sh.
 Bailey 126, hoc spatieri loco et currere in nemus opponuntur
 tibi me] time. N : timeo F L P (corr. ead. man.) uocat N 9 cur
 ς 13 creber platanis pariter F (pariterque F²) L P (prob. Foster
 TAPhA 40 [1909] 39) : cr(a)eber pariter platanis Δ : crebris
 pariter platanis Baehrens (prob. Housman Class. Pap. 322)
 urgentibus N F L P D V : uergentibus Palmer 15 nymphis ς ;
 sed de nympa = aqua cf. 3,16,4; 3,22,26; Stat. silu. 1,3,37 et
 uide Rothstein I 496, Camps II 211 tota ... urbe ω , corr.
 Heinsius; recte: nam absurdum est Propertium hic de tota urbe
 cogitare, cum contra certum locum describat 16 quam ... aqua
 Housman : qua ... aquam Butler recludit ς : refundit
 Heinsius 20 tota F

sed de me minus est: famae iactura pudicae
 tanta tibi miserae, quanta meretur, erit.
 nuper enim de te nostras $\dagger$ me laedit $\dagger$ ad auris
 rumor, et in tota non bonus urbe fuit.
 sed tu non debes inimicae c[r]edere linguae: 25
 semper formosis fabula poena fuit.
 non tua deprenso damnata est fama ueneno:
 testis eris puras, Phoebe, uidere manus.
 sin autem longo nox una aut altera lusu
 consumpta est, non me crimina parua mouent. 30
 Tyndaris externo patriam mutauit amore
 et sine decreto uiua reducta domum est.

21 minus est: famae sic dist. Broukhuis 22 mereris F L P Δ ;
 cf. Rothstein I 420 eris F (corr. F⁴) 23 nostra N L P (corr.
 ead. man.) D V me l(a)edit N F L P Vo V² (παρενθετικῶς
 Rothstein I 420; sed uide Leo Kl. Schr. II 194) : me laedit D V :
 peruenit ς (fortasse ex Ouidio interpol.: cf. enim fast. 3,661sq.
 nostras peruenit ad aures / fama; sim. met. 5,256; 7,694; 8,134;
 9,8; 10,383; ars 2,449; Pont. 1,9,5; 2,5,33; 2,9,3) : accedit Ris-
 berg : descendit Lechner : te laedit (uel ascendit uel incedit)
 Barber : manauit Giardina : alii alta aure F (corr. F²) 25-26
 om., deinde in mg. suppl. P : 25-26, 31-60 Cynthiae tribuit
 Postgate, 25-30 Barber, qui distichon post u. 30 excidisse
 putat 25 te Scaliger credere ω , corr. Wakker; si credere
 accipimus, pronomen tu Propertium designat; quod parum pro-
 babile mihi uidetur, cum te (u. 23) et tua (u. 27) ad Cynthia
 pertineant; si contra pronomen tu ad poetae dominam referimus,
 uersus absurdus est, cum Cynthia bene sciat utrum rumor uerus
 sit necne. Cum de 'logica anomalia' cum Sh. Bailey 127 et Enk II
 2,411 cogitare nequeam, coniecturam accipere malo; cf. etiam
 Camps II 212 26 fuit] tuis N 27 mea Weidgen 28 pura N
 (corr. N²) 29 aut] uel L luxu Δ ; sed cf. 1,10,9, Ouid. am.
 1,8,43, Housman Class. Pap. 299 30 num te Barber scrinia
 N (corr. N²) : carmina F 31 motauit N 32 sine dedecore est
 ... domum Santen; sed cf. Korsch ALL 2 (1885) 120, Tränkle
 118

ipsa Venus fertur corrupta libidine Martis,
 nec minus in caelo semper honesta fuit,
 quamuis Ida † parim † pastorem dicat amasse 35
 atque inter pecudes accubuisse deam;
 hoc et Hamadryadum spectauit turba sororum
 Silenique senes et pater ipse chori,
 cum quibus Idaeo legisti poma sub antro,
 supposita excipiens, Nai, caduca manu. 40
 an quisquam in tanto stuprorum examine quaerit:
 'Cur haec tam diues? quis dedit? unde dedit?'

33 fertur] quamuis F L P Δ (*fortasse e u. 35*), *probb. Haupt Opusc. II 60, Vahlen Ges. Phil. Schr. II 130, Housman Class. Pap. 270; sed cf. e. g. Catull. 64,19 incensus fertur, Plin. nat. 4,120 orti... ferebantur, Tac. Agr. 29,4 locutus fertur; uide alia exempla ap. Enk II 2,414 correpta Fontein (fort. recte: cf. enim 1,3,13; 3,24,13; uide tamen u. 58; 2,19,9 aliaque exempla ap. ThLL IV 1056,35sqq.) Martis] uixit L P 34 nec] non ε 35 parim ω : palam Haupt : Phrygem Schrader (*prob. Rothstein I 497sq.*) : parens Unger : etiam Enk : alii alia; tradita deff. Maass Herm. 31 (1896) 429, Alfonsi Hum. 2 (1949) 175-178, sed uide Enk II 2,414: cum nusquam alibi de Paride a Venere amato mentio fiat, aut Propertius nouae fabulae auctor est (*quod reuera non est absurdum*) aut aliqua latet corruptela 37 hoc] nōn*F (*corr. F⁴*) L P : uos Housman etiam hamadryadum N F L P : etiam Adryadum Camps dub. (*fort. recte; cf. enim 1,20,12; uide tamen Postgate AJPh 18 [1897] 75*) 38 senis N F L P D V 40 naica (nay-) dona ω (*def. Rothstein I 422*), *corr. Scaliger; cf. Maass Herm. 31 (1896) 428, Postgate AJPh 17 (1896) 37-39; adiect. Naicus nusquam alibi reperitur* 42 unde dedit] unde nitet Palmer; *sed cf. Cic. S. Rosc. 74 'pretium dedit'; cui dedit? per quem dedit? unde aut quantum dedit? Cluent. 124 doce quam pecuniam Cluentius dederit, unde dederit, quem ad modum dederit, Quintil. inst. 5,5,37 pecuniam dedisti; quis numerauit? ubi? unde?**

o nimium nostro felicem tempore Romam,
 si contra mores una puella facit!
 haec eadem ante illam impune et Lesbia fecit: 45
 quae sequitur, certe est inuidiosa minus.
 qui quaerit Tatios ueteres duosque Sabinos,
 hic posuit nostra nuper in urbe pedem.
 tu prius et fluctus poteris siccare marinos,
 altaque mortali deligere astra manu, 50
 quam facere, ut nostrae nolint peccare puellae:
 hic mos Saturno regna tenente fuit.
 at cum Deucalionis aquae fluxere per orbem
 et post antiquas Deucalionis aquas,
 dic mihi, quis potuit lectum seruare pudicum, 55
 quae dea cum solo uiuere sola deo?
 uxorem quondam magni Minois, ut aiunt,
 corripit torui candida forma bouis;
 nec minus aerato Danae circumdata muro
 non potuit magno casta negare Ioui. 60
 quod si tu Graias es tuque imitata Latinas,
 semper uiue meo libera iudicio!

45 impune] iam impune Vo (*quod nonnulli edd. accipiunt; cf. tamen app. ad 2,15,1 et de hiato ante caesuram Schuster 179*)
 47 que P tacitos N : tacios F L P 48 hec L P : hac Vo 50 deripere Burman; *sed cf. Sh. Bailey 127* 51 noluit N L : uoluit F (*corr. F³*) : uolint D 52 hic] his L : is P D V (*corr. V²*) F³ 53-54 et ... orbem; / at ε (*contra distichi leges*) 54 antique Markland; *quod Enk II 2,418 iure refellit, collato Mar. Victore 2,464sq. antiquae laxentur aquae iamque aethere aperto / in nubes uacuas caelum pluit* 61 tuque es N F L P Vo (*prob. Rothstein I 425; sed cf. Leo Kl. Schr. II 190*) : siue es D V : siue es tu Ellis : seu tu es Luck, *corr. Baehrens* mutata L : mirata Vo

33a

Tristia iam redeunt iterum sollemnia nobis:
 Cynthia iam noctes est operata decem.
 atque utinam pereant, Nilo quae sacra tepente
 misit matronis Inachis Ausoniis!
 quae dea tam cupidos totiens diuisit amantis, 5
 quaecumque illa fuit, semper amara fuit.
 tu certe Iouis occultis in amoribus, Io,
 sensisti multas quid sit inire uias,
 cum te iussit habere puellam cornua Iuno
 et pecoris duro perdere uerba sono. 10
 a quotiens quernis laesisti frondibus ora,
 mandisti (et) stabulis arbutea pasta tuis!
 an, quoniam agrestem detraxit ab ore figuram
 Iuppiter, idcirco facta superba dea es?
 an tibi non satis est fuscis Aegyptus alumnis? 15
 cur tibi tam longa Roma petita uia?

33a ad cinthiam F : de cynthia L D V : queritur de secubitu cinthie propter sollemnia io et in eam inuehit et in linceum cinthiam sollicitantem et ipsum ortatur ad modos liricos et aliquas refert famam habere dilatas a poetis P : *priori coniung.* N (*dist.* N²) 3 pereat F L Δ 4 inacus (ynach-) F (*corr.* F³) L P V (*corr.* V²) 5 amantes? *dist. Haupt* 6 quacumque *cod. Salmant.* 85 (*cf. Tovar Homm. Niedermann* 327) : quodcumque *Housman* dub.; *sed de formula sacri sermonis agitur, de qua fuse disputat Norden Agn. Th. 144sq.; uide etiam Fraenkel, Aeschylus. Agamemnon, II, Oxonii 1950, 99sq.* 12 mansisti ω, *corr. Palmer;* *cf. Marx RhM 41 (1886) 557 et om. ω, add. Heinsius (praeunte cod. Casanat. 3227); tradita def. Schuster 187: sed asyndeti bimembris nulla alia exempla apud Propertium exstant; cf. Enk II 2, 423 arbutea] abdita ω, corr. Palmer; tradita def. Marx RhM 41 (1886) 558, coll. Ouid. am. 3, 5, 17sq. dum iacet et lente reuocatas ruminat herbas / atque iterum pasto pascitur ante cibo; cf. tamen Ouid. met. 1, 632 (Io) frondibus arbuteis et amara pascitur herba 16 uia est P Δ*

quidue tibi prodest uiduas dormire puellas?
 sed tibi, crede mihi, cornua rursus erunt,
 aut nos e nostra te, saeua, fugabimus urbe:
 cum Tiberi Nilo gratia nulla fuit. 20
 at tu, quae nostro nimium placata dolore es,
 noctibus his uacui, ter faciamus iter.

33b

Non audis et uerba sinis mea ludere, cum iam
 flectant Icarii sidera tarda boues.
 lenta bibis: mediae nequeunt te frangere noctes. 25
 an nondum est talos mittere lassa manus?

19 fugauimus F L D V (*corr.* F² V²) 21 nouam elegiam incipit *Lachmann* : 21-22 del. *Knoche* pacata ζ (*sed cf. Sh. Bailey 129*) : pia facta uel pia, casta *Barber* : alii alia; *sed recte uertit Enk II 2, 426*: "tu quae dolore meo prorsus mihi conciliata es"; *cf. etiam Camps II 219 22 ter] par Birt; sed cf. Hor. epod. 12, 15, Ouid. am. 3, 7, 23, Sh. Bailey 129*

33b 23 nouam elegiam incipit *Hertzberg* : elegiam unam esse inter alios censent *Rothstein I 429. 498 et Abel Anred. 65sq.*, quorum sententia in uu. 21-22 *Propertius scortillum alloquitur; ego contra, ut iam Enk II 2, 421, in hoc disticho Propertium Cynthiam rogare ut amoris abstinentiae finem faciat arbitror. Carmen diuidendum esse censeo, cum in uu. 1-22 Cynthia Isidis sacra colat et ab amore se abstineat; contra in uu. 23-44 de coniugio agitur, in quo puella merum bibit neque Propertii uerba audit. Accedit, quod uir doctus Sh. Bailey 129 ostendit, ut in duobus carminibus (3, 7; 3, 11) ultimum distichon a uerbis at tu incipiat; praeterea saepissime in ultimo elegiae disticho Propertius eandem adhibet uocem atque in primo uel secundo (cf. hic noctes et noctibus his et adde 1, 11, 18. 20; 2, 2; 3, 3. 5. 6; 4, 2. 4. 5. 7; de tota hac re fuse disputat Sh. Bailey PCPHS 1952-3, 18). Contra elegiae unitatem cf. etiam *Ites 50, B.-B. 253, E. Reitzenstein Wirkl. 52-59 1 mea] me ζ; cf. tamen Sh. Bailey 130**

a pereat, quicumque meracas repperit uuas
 corruptitque bonas nectare primus aquas!
 Icare, Cecropiis merito iugulate colonis,
 pampineus nosti quam sit amarus odor! 30
 tuque o Eurytion uino Centaure peristi,
 nec non Ismario tu, Polypheme, mero.
 uino forma perit, uino corrumpitur aetas,
 uino saepe suum nescit amica uirum.
 me miserum, ut multo nihil est mutata Lyaeo! 35
 iam bibe: formosa es: nil tibi uina nocent!
 cum tua praependent demissae in pocula sertae
 et mea deducta carmina uoce legis,
 largius effuso madeat tibi mensa Falerno, 40
 spumet et aurato mollius in calice.
 nulla tamen lecto recipit se sola libenter:
 est quiddam, quod uos quaerere cogat Amor.
 semper in absentis felicius aestus amantis:
 eleuat assiduos copia longa uiros.

34

Cur quisquam faciem dominae iam credat Amori?
 sic erepta mihi paene puella mea est.

31 euricio N L P : euricio F : ericio P² 35 nihil] non Vo V² es
 F³ 36 post nocent leniter distinguunt nonnulli edd. (cf. e. g. *Enk*
II 2,430), contra distichi leges 37 praependent N F P^{corr} *Cha-*
ris. gramm. I 107,25 K., *Auct. de dub. nomin. gramm. V* 590,24
 K. : perpendent L P Δ; cf. *Housman Class. Pap.* 250 de-
 miss(a)e . . . sertae N *Charis.*, *Auct. de dub. nomin.* : demissa . . .
 serta cett.; de diphthongi ae synaloepha cf. *Leo Plaut. Forsch.*
 359 41-42 post u. 44 transt. *Barber dub.*, prob. *Camps II* 222
 42 nos F L P D V (corr. F⁴ V²) est quiddam, quod nos quaerere
 cogat, amor *Burman*

34 nou. eleg. inc. Vo : priori coniungunt N F L P D V 1
 non credit F L P D V (corr. F⁴ V²) : nunc credit *Postgate*; sed

expertus dico, nemo est in amore fidelis:
 formosam raro non sibi quisque petit.
 polluit ille deus cognatos, soluit amicos 5
 et bene concordis tristia ad arma uocat.
 hospes in hospitium Menelao uenit adulter:
 Colchis et ignotum nonne secuta uirum est?
 Lynceu, tune meam potuisti, perfide, curam
 tangere? nonne tuae tum cecidere manus? 10
 quid si non constans illa et tam certa fuisset?
 posses in tanto uiuere flagitio?
 tu mihi uel ferro pectus uel perde ueneno:
 a domina tantum te modo tolle mea!
 te socium uitae, te corporis esse licebit, 15
 te dominum admitto rebus, amice, meis:

cf. *Housman Class. Pap.* 279sq. amari V² : amico s, prob. *Enk*
II 2,436; tradita defendi possunt, si cum *Broukhusio* censemus
Propertium Amorem custodem ac fideiussorem facere pudicitiae
ac fidelitatis Cynthiae. Quae interpretatio confirmatur a Tib.
1,6,51 parcite quam custodit Amor uiolare puellam, 3,9 (= 4,3),
 4 incolumem custos hunc mihi seruet Amor
 4 formosam] et formam F D V : formam L P (corr. ead. man.);
 sed cf. *Housman Class. Pap.* 254 5 amores s 8 nonne] sponte
Burman : nocte *Baehrens* : neue *Rosberg* 9-10 tangere . . .
 perfide F L P D V (ordinem mut. V²); sed cf. *Housman Class.*
Pap. 255 11 quod si . . . fuisset, *Baehrens* 12 posses et in
 L P D V (et del. V²) : posset et in F : possesne in uel posses tum
Heinsius (prob. *Housman Class. Pap.* 287) 13 pectus] corpus
 s; sed pectus usurpatur pro uita, ut ap. *Sen. Phoen.* 113 pec-
 tusque soluam durum; cf. *Sh. Bailey* 130 15 dominum uitae
Cornelissen; sed uita hic idem ualet atque anima, ut ostendit
Williams CIR 77 (1958) 7 corporis] pectoris *Postgate*; cor-
 poris iure def. *Williams CIR* 77 (1958) 6sq., coll. *Verg. Aen.*
10,879sq.; 11,831; 12,952; *Lucan.* 3,641; 7,616; *Stat. Theb.*
10,316sq.; *CLE* 1339,3 B. libebit L P (corr. ead. man.) 16
 dominum] socium *Cornelissen*; sed cf. *Mart.* 12,49,2 rerum
 quem dominum uocat suarum

lecto te solum, lecto te deprecor uno:
 riualem possum non ego ferre louem.
 ipse meas solus, quod nil est, aemulor umbras,
 stultus, quod stulto saepe timore tremo. 20
 una tamen causa est, cur crimina tanta remitto,
 errabant multo quod tua uerba mero.
 sed numquam uitae fallet me ruga seuerae:
 omnes iam norunt quam sit amare bonum.
 Lynceus ipse meus seros insanit amores! 25
 solum te nostros laetor adire deos.
 quid tua Socraticis tibi nunc sapientia libris
 proderit aut rerum dicere posse uias?

18 possem *Floril. Vat. Reg. Lat. 2120 et cod. Salmant. 245, prob. Tovar Homm. Niedermann 328* 19 quod] qua *Havet*; sed cf. *Ouid. met. 7,830* quod nihil est metuit, metuit sine corpore nomen nil] uille L: uile P 20 quid D V (corr. V²): qui ζ (fort. recte; nam quod fortasse ex hexametro huc irrepsit) stultus et in nullo *Heinsius*; sed cf. *H.-Sz. 708* 21 cur N (qui primum una tamen tanta remitto crimina causa est cur scripsit, deinde rectum ordinem indicauit): qua F L P Δ , quod nonnulli edd. probant; sed cf. *ThLL IV 1446,41-62* 23 me fallet F L P D V (prob. *Rothstein I 498, Housman Class. Pap. 269*; sed de mutato uerborum ordine ap. eosdem codices cf. app. ad 2,3,27) 24 post hunc uersum nou. eleg. inc. *Barth*; nam uu. 1-24 de Lynceo agunt, qui Propertio puellam eripere conatus est, cum contra uu. 25-94 laudem poesis amatoriae contineant. Sunt qui nouam elegiam incipiant, cum in uu. 1-24 Lynceus a Propertio obiurgetur, quod Cynthiae amorem eripere conatus sit, contra in uu. 25-94 nullum irae nestigium inueniatur: quod argumentum minimi momenti mihi uidetur. Quod adinet ad Barthii argumentum, prima huius libri elegia conferatur, cui apte respondet ultima. Carminis unitatem deff. *Jacoby RhM 60 (1905) 94-96, Knoche Gn 12 (1936) 267, Enk II 2,433-435, Camps II 222sq.* 25 seros] sacros F L P D V (corr. F⁴ V²) meos (ζ) insanit serus *Broukhusius* 26 solum] serum *Bergk*: stultum *Kühlwein*; sed, ut recte *Burman* interpretatur, 'solum hic est: te ex omnibus hominibus aut ceteris amatoribus': cf. *Ter. Phorm. 854* nam sine controuersia ab dis solus diligere, *Antipho, Mart. 6,50,4* argentum, mensas, praesidia solus emit

aut quid $\dagger$ erechti $\dagger$ tibi prosunt carmina lecta?
 nil iuuat in magno uester amore senex. 30
 tu $\dagger$ satius memorem musis $\dagger$ imitere Philitan
 et non inflati somnia Callimachi.
 nam rursus licet Aetoli referas Acheloi,
 fluxerit ut magno f(r)actus amore liquor,

29 erechti N: crethei F L P D V (prob. *Housman Class. Pap. 272, Knoche Gn 12 [1936] 264 adn. 3*; sed uide *Friedrich Cat. 366, Enk II 2,441*): erec(h)th(a)ei Vo V², quod nonnulli prob. (cf. e. g. *Birt RhM 32 [1877] 411sq., Munro JPh 6 [1876] 32sq., Stroh 86*): Erectheis *Farnell*: Aratei *Nairn* (coll. u. 51sq.; sed cf. *Stroh 88*): alii alia; quis hoc nomine designetur, nulla certa ratione intellegere possumus; qua de causa cruce adhibui lecti ζ (prob. *Postgate, qui de Euripide hic sermonem esse censet, coll. Aristoph. Ach. 399*): plectri *Palmer* (prob. *Housman Class. Pap. 272, qui Sil. 8,596 confert, et Nairn CIR 13 [1899] 394*) 30 noster F D; sed cf. *Camps II 225* 31 locus uexatissimus, mea sententia prorsus deperditus satius] Latiis *Hoeufft*; satius deff. *Haupt Opusc. III 420, Rothstein I 499, Housman Class. Pap. 272* (coll. 2,12,19, *Ouid. am. 2,14,44*), *Sh. Bailey 132* (coll. *Plin. nat. 23,52, Marc. Aur. Anton. ap. Front. epist. 3,12 p. 45 van den Hout*); cf. tamen *Enk II 2,442*: satius semper cum infiniti uo conuincitur; hic contra coniunctiuus sequitur memorem musis N P² (def. *R. Reitzenstein Herm. 31 [1896] 196sq.*; cf. etiam *Luck ClQ 51 [1957] 178 adn. 9*): musis memorem F L P Δ (memorem def. *Barber CIR 46 [1932] 127, coll. Antip. AP 11,31*; sed cf. *Enk II 2,442*): Meropem Musis (musis meropem iam cod. *Lusaticus*, prob. *Luck RhM 105 [1962] 347*) uel memorem lusus *Jacob* (prob. *Leo Kl. Schr. II 191*): Cererem Musis *Stroh 96 adn. 134*: alii alia tu memor est satius *Sh. Bailey*; cf. tamen *Enk II 2,443* mirere Vo Philitae *Santen* (prob. *Luck RhM 105 [1962] 347sq.*) 32 inflatis omnia N F L P D V: inflantis omnia Vo V², corr. F⁴ P^{rec}; de *Callimacho per somnum in Heliconia sublato cogitat Propertius 33* nam cursus ζ (prob. *R. Reitzenstein Herm. 31 [1896] 197 adn. 1, coll. Ouid. met. 9,17*): non rursus *Camps*; cf. tamen *Helm PhW 54 (1934) 784* 34 factus ω (deff. *R. Reitzenstein Herm. 31 [1896] 197 adn. 1, Stroh 92sq.*): tactus *Heinsius*, corr. ζ ; cf. *Ouid. am. 1,18,4* et tener ausuros grandia frangit Amor ab ore *Camps*

atque etiam ut Phrygio fallax Maeandria campo	35
errat et ipsa suas decipit unda uias,	
qualis et Adrasti fuerit uocalis Arion,	
tristia ad Archemori funera uictor equus:	
† non amphiaraeae prosint tibi † fata quadrigae	
aut Capanei magno grata ruina Ioui.	40
desine et Aeschyleo componere uerba coturno,	
desine, et ad mollis membra resolue choros!	
incipi iam angusto uersus includere torno,	
inque tuos ignis, dure poeta, ueni!	
tu non Antimacho, non tutior ibis Homero:	45
despiciet et magnos recta puella deos.	46
harum nulla solet rationem quaerere mundi,	51
nec cur fraternis Luna laboret equis,	52

36 decipit] respicit *Fontein*; cf. tamen *Housman Class. Pap. 521, Sh. Bailey 133* (qui *Quid. met. 7,782* confert) 37 orion N F L P 38 tristis ω (*deff. Rothstein I 443, Enk II 447, qui tristis idem ualere atque iratus censet, coll. Stat. Theb. 6,424-427*), corr. *Heinsius* (*prob. Sh. Bailey 133*); numquam traditur Ariona in Archemori funere fleuisse equos N F L P D V 39 non amphiaraeae N : non amphiarae(a)e F D V N² : non amphiarae(a)e L P : non amphiarae Vo : non amphiarae F⁴ : Amphiaraeae non Itali (*sed cf. Enk II 2,447*) prosunt F Amphiaraeae prosint tibi *Munro* (*prob. Housman Class. Pap. 280*) : Amphiaraeae tibi non prosint *Postgate* : Amphiarae nihil prosint tibi *Rothstein* : alii alia 40 magno om. F L P D V : irato con. *Heinsius, prob. Housman Class. Pap. 280* 43 augusto F L D : arguto *Heinsius* componere F D V (*corr. V²*), haud dubie e u. 41 : incudere *Dilthey, coll. Hor. ars 441*; cf. tamen *Gell. 9,8* hanc sententiam memini a Faurino inter ingentes omnium clamores detornatam inclusamque uerbis his paucissimis; uide *Housman Class. Pap. 252, Enk Comm. crit. 196, ThLL VII 1,954,67sq.* 45 Antimachus... *Homerus Lachmann*; cf. *Quadlbauer Festg. Gerstinger 53sq.* 51-54 post u. 58 transt. *Vulpis* 51 quarum *Ayrmann*

nec si post Stygias aliquid restabit † erumpnas †,	53
nec si consulto fulmina missa tonent.	54
sed non ante graui[s] taurus succumbit aratro,	47
cornua quam ualidis haeserit in laqueis,	48
nec tu tam duos per te patieris amores:	49
trux tamen a nobis ante domandus eris.	50
aspice me, cui parua domi fortuna relicta est,	55
nullus et antiquo Marte triumphus aui,	
ut regnem mixtas inter conuiuia puellas	
hoc ego, quo tibi nunc eleuor, ingenio!	
me iuuat hesternis positum languere corollis,	
quem tetigit iactu certus ad ossa deus;	60

53 restauerit Δ; sed haec perfecti forma ante *Aug. serm. 112,2* non occurrit: cf. *Neue-Wagener IV 311, Neumann 86* erumpnas (erump-) F L P : undas Δ, om. N aliquid restabit ad undas *Puccius* (*prob. Pasoli St. L. Bianchi 184sq.*) : aliquid restabit arenas anon. ap. *Burman* (*prob. Sh. Bailey 134, coll. Quid. am. 3,9,59; trist. 4,10,85; Pont. 1,2,111; 2,2,98*) : aliquid restabimus undas *Wassenbergh* (*probb. Enk II 2,452, Camps II 230*) : aliquid rest arbiter (*Jacob*) undas *Munro* (*prob. Housman Class. Pap. 317sq.*) 47-50 post u. 54 transt. *L. Müller*; recte: nam sententia uersibus 51-54 expressa cum u. 50 nullo modo cohaeret; praeterea uox harum (sc. puellarum) tantummodo ad uocem recta puella (u. 46) referri potest; uu. 51-54 ne παρενθετικῶς quidem habendi sunt, cum neque cum praecedentibus neque cum sequentibus congruant 47 si F (*corr. F⁴*) L P (*corr. ead. man.*) D : sic *Ribbeck* grauis ω, corr. F⁴; cf. *Hor. ars 66* graue sentit aratrum, *Claud. 3,202* sudabatque graui consul *Serranus* aratro 48 lacrimis F (*corr. F⁴*) L P (*corr. ead. man.*) 49 iam N 50 arte *Burman* dominandus N 55 est om. F L 58 quod D V (*corr. V²*) 59 nouam elegiam incipit *Jacob* me iuuat P : mi lubet *Housman*; sed cf. *Enk Comm. crit. 198, Stroh 81* externis N F⁴ : eternis F : eternis L P : aeternum D V : hesternis Vo, corr. V²; cf. *Knoche Gn 10 (1934) 207* posito *Housman*

Actia Vergiliu(m) custodis litora Phoebi,
 Caesaris et fortis dicere posse ratis,
 qui nunc Aeneae Troiani suscitāt arma
 iactaque Lauinis moenia litoribus.
 cedite Romani scriptores, cedite Grai! 65
 nescio quid maius nascitur Iliade.
 tu canis umbrosi subter pineta Galaesi
 Thyrsin et attritis Daphnin harundinibus,
 utque decem possint corrumpere mala puellas
 missus et impressis haedus ab uberibus. 70
 felix, qui uilis pomis mercaris amores!
 huic licet ingratae Tityrus ipse canat.
 felix intactum Corydon qui temptat Alexin
 agricolae domini carpere delicias!
 quamuis ille sua lassus requiescat auena, 75
 laudatur facilis inter Hamadryadas.
 tu canis Ascraei ueteris praecepta poetae,
 quo seges in campo, quo uiret uua iugo.
 tale facis carmen docta testudine, quale
 Cynthus impositis temperat articulis. 80

61 uirgilio ω, corr. ζ; Vergilio def. Helm PhW 54 (1934) 790, coll. 1,20,13; 3,3,41; sed, ut recte censet Enk II 2,455, utriusque enuntiationis similitudo (u. 59 et u. 61) postulat ut constructio quoque eadem sit Vergilio custos des litora, Phoebe Barber 65-66, cedite ... Iliade Don. Vita Verg. 30,105sq. Ellis 66 nescioquod NL post u. 66 lacunam statuit Baehrens, uu. 77-80 transt. Ribbeck, uu. 77-82 Brandt 67 umbrosi ex umbrosis N 69 puellam ζ, fort. recte: cf. enim Theocr. 3,10 ἡνίδε τοι δέκα μᾶλα φέρω (decem mala Amaryllidi feruntur; contra ap. Vergilium mala puero feruntur; buc. 3,70sq. quod potui, puero siluestri ex arbore lecta / aurea mala decem misi) 72 hinc FL P (corr. ead. man.) D : nunc Luck (sed cf. Camps II 231); huic sc. puellae uerba huic ... canat Cynthiae refert Wratislaw JPh I (1868) 154; cf. tamen Verg. buc. 1,31-35 ipsa N FL Δ (corr. F⁴ V²) 74 dominum F 78 uua] herba D V V²; cf. Verg. georg. 1,54 hic segetes, illic ueniunt felicius uuae

non tamen haec ulli uenient ingrata legenti,
 siue in amore rudis siue peritus erit.
 nec minor hic animis, [a]ut sit minor ore, canorus
 anseris indocto carmine cessit olor.
 haec quoque perfecto ludebat lasone Varro, 85
 Varro Leucadiae maxima flamma suae;
 haec quoque lasciui cantarunt scripta Catulli,
 Lesbia quis ipsa notior est Helena;
 haec etiam docti confessa est pagina Calui,
 cum caneret miserae funera Quintiliae. 90
 et modo formosa quam multa Lycoride Gallus
 mortuus inferna uulnera lauit aqua!
 Cynthia † quin etiam † uersu laudata Properti,
 hos inter si me ponere Fama uolet.

81 legenti ex uiuenti N 82 periturus N : paruus Vo 83 hic] his N L P Δ : hiis F, corr. Lachmann animi FL P (corr. ead. man.) : animi est Phillimore : animi es Gwynn ut sit] aut sim ω : aut si ζ (prob. Enk II 2,462) : nec se Scaliger : etsi Markland, corr. Korsch minor ore canorus om. N minus ζ aut, si minor, ore Haupt; nec minor his animis aut sim minor ore def. Alfonsi RIL 77 (1943-4) 7sq.; cf. tamen Enk II 2,461. Textum accepi ab Housman Class. Pap. 275sq. et a Camps II 232sq. defensum 85 laudabat Δ; sed cf. Rothstein I 454 86 cura Vo V² : fama Markland; sed cf. ThLL VI 867,70sq. 88 quin V Vo 91 quam] qui ζ, fort. recte; cf. tamen B.-B. 262 92 fleuit Postgate; sed cf. Euphor. Anal. Alex. 37 p. 72 Mein. (= 43 p. 38 Powell) Κόκυτος (τοι) μόθνος ἀφ' ἑλκεα νίψεν Ἄδωνιν 93 quin etiam ω : quin et erit Rossberg : quin uiuet Barber, fort. recte (cf. Camps II 234); si enim quin etiam legimus, aliquid est subaudiendum (e. g. famam habebit); quod tamen e praecedentibus supplere non possumus. Praeterea Propertius quinquens alibi nexu quin etiam utitur (1,17,5; 2,6,7; 2,9,21; 2,15,19; 3,2,7), sed semper in uersus initio

liber secundus explicit F : Propertii Aurelii Naute ad Tullum
 liber secundus explicit P

SEXTI PROPERTI

ELEGIARVM LIBRI IV

EDIDIT

PAVLVS FEDELI



STVTGARDIAE IN AEDIBVS B.G.TEVNERI MCMLXXXIV

SUNY ALBANY
UNIVERSITY LIBRARY